





Noni
1568









Noni

MEDICI CLARISSIMI DE OMNIVM PARTICVLARIVM MORBORVM CVRATIONE, sic ut Febres quoque & Tumores præter naturam complectatur, LIBER, nunc primum in lucem editus, & summa diligentia conuersus


PER HIEREMIAM MARTIVM MEDICVM PHYSICVM AVGVSTANVM.

HIERONIMVS VVOLPHIVS Oetingensis ad Lectorem.

Ingenio pollens & linguis quinque disertus,
Teutonica, Galla, Graia, Itala, & Latia.
MARTIVS, & mutis usus uiuisque magistris
Principibus, medica qui celebrantur ope:
Hunc tibi dat NONVM, NOVIVM quem fortè uocabis:
Et quæres nunquid proferat ille noui?
At tu non NOVA sed BONA quærito prouide lector:
Tempora NATVRAM uertere nulla queunt.

ARGENTORATI
Excudebat Iosias Rihelius.
M. D. LXVIII.

CVM GRATIA ET PRIVILEGIO CAEsareo ad annos octo.



ACHILLIS P. GASSERI L. EPIGRAMMA IN NONVM MEDICVM, QVEM EX REIPVBLICAE AVGSTBVRGENSIS BIBLIOtheca Hieremias Martius medicinæ doctor, Gallicanique nosocomæi apud eandem ordinarius Physicus, nunc primum in lucem Græce edebat, ac Latinum faciebat.

Riphææ gentes dent Mardros atq; Zobellos,
Aurum atq; Argentum Carpathus atq; Tagus.
Lucidulas gemmas, uel Aromata dulcia mittant
Indus, Arabs, & Afer, uel noua terra Peru.
Ipse Paracelsus stibium, uel chemica fallax
Arte sua exhibeat Pharmaca dira quoq;.
Nil tamen ad NONVM *medicum, quem Martius hîc dat,*
Hæ merces uel opes, candide lector erunt.
Si modo quis sanam, sine morbis, uiuere uitam
Gestit, & incolumes optat habere dies.
Ergo thesauros cunctos superat liber ille,
Nemo etenim est diues, ni bene & is ualeat.

INTERPRES AD ZOILVM.

Inuide quid cessas doctorum carpere scripta?
Quis poterit morsus Mome cauere tuos?
Conuicijs quãuis laceres, & dira mineris,
Non tamen incepti pœnituisse potest.
Nil tibi quod rectum est sapit, et nihil ipse laboras,
Audax ingenio cuncta metire tuo.
Sed quod nunc præsens ætas contemnit & odit,
Posteritas forsan grata probabit opus.

Hieremias Martius F.
28. Iulij 1567.

AMPLISSIMIS VIRIS, NOBILITATE GENERIS, VIRTVTE ET SAPIENTIA PRAESTANTISSIMIS, CVRATORIB. COSS. ET SENATVI REIPVB. Augustanæ, Dominis suis colendiss. Hieremias Martius. S. D.



VLTAE SVNT, VIRI amplißimi, eæq; grauißimæ causæ, quibus impulsus, has laborum meorum primitias, seu NONI de morborum curatione librum, primùm à me latinitate donatū, sub illustris nominis uestri auspicio in lucem emittere, uobisq; potißimum dedicare constitui. Etsi enim à natura me ad hoc posteritatis adiuuandæ studium natum esse aliqua ex parte uiderem, in eamq; rem toto animo, & studio omni incumberem, cogitationum denique mearum prima semper illa esset & antiquißima, quo quam plurimis mea opera prodesse (consilium secutus summorum uirorum, & doctißimorum hominum) & iuuandi studio antecellere possem: hactenus tamen semper, quo minus id, quod auidißimè cupiebam, re ipsa præstarem, uel ætatis, uel iudicij infirmitas, obstitit. accedit, quod his peruersis hominum moribus adeò quorundā delicatæ sunt aures, ut nihil nisi quod summo studio elaboratum, & omnibus suis numeris sit absolutum, audire uelint, & si quid ab illa summa perfectione absit, statim tanquam ineptum, nullo prorsus adhibito iudicio, uel animi æquitate, turpiter cauillentur, non absq; summa existimationis læsione, & bonarum literarum iactura. Quod ne mihi aliquando

quoq; contingeret, sedulò ab ineunte ætate usq; operam dedi, pro eo quo cognitionis rerum & scientiæ amore tenebar, ut naturam omnibus suis partibus explere possem. Quod an assecutus fuerim, qui mea minimè magnifacio, uel quicquam arroganter mihi tribuo, aliorum esto iudicium. Hoc tamen confirmo, tantum fuisse in me ardorem studiorum, tantam naturæ uim, tantam quam ex discendo capiebam uoluptatē, ut nihil quicquam magis expeterem, quam ut aliquando omne tempus in bonorum autorum lectione, ab omni alia cura uacuus consumere possem. Sed antequam huius uoti compos fierem, multæ molestiæ subeundæ, multæ difficultates superandæ fuerunt: quæ hoc leuiores uidebantur, quo maior utilitas, quam inde consecuturam liquidò perspiciebam, erat. & cum uiderem me non esse prorsus nullo ingenio, animum ad literas, ad quas naturæ quadam ui haud obscura rapi uidebar, adieci, consilio prudenti sanè, si uoluntati honestißimæ euentus semper respondißet, nec conatus nostri præclari illi quidem & optimi aliquoties non sine magna molestia fuissent impediti. Sed cum cogitarem quanta bonarum literarum dignitas, qui splendor, quæ præstantia, & quam illarū cognitio ad Reipublicæ administrationem necessaria esset, quam deniq; utilitatem rebus humanis afferret, nullis laboribus deterreri deinde, uel difficultatibus ab instituto auocari uel potui, uel debui. Itaq; primis statim annis in hac celebri schola uestra, quæ à uobis magnis sumptibus sustentatur nullo alio consilio certè nisi ut iuuentutem bonis studijs florentem habeatis, prima literarum fundamenta posui, & in politioribus disciplinis tantum profeci, ut præceptores (inter quos Xystum Betuleium & honoris & amoris causa nomino) quibus ob ingenij quandam opinionem mirificè charus

eram,

eram, non omnino malè de ſtudijs meis exiſtimarent, ſeduloq; adhortarentur, ut quemadmodum cepiſſem, pergerem, nec ulla ratione me à diſcendo abduci paterer, ſed omnes potius uias perſequerer, quibus ad id quod cupiebam, peruenirem. Quorum honeſtiſsimæ uoluntati mos planè gerendus fuit. Videbam enim amorem quo me proſequebantur eſſe ſingularem propè. eosq; cogitationes ſuas omnes eò dirigere, ut aliquando me nec laboris, nec induſtriæ pœnitere poſſet. Itaque cum iam complures annos in literis humanioribus ſumma qua potueram diligentia uerſatus eſſem, & ſedulò me in utraq; lingua, & Græca & Latina exercuiſſem, nec ullum certum uel uitæ, uel ſtudiorum genus adhuc delegiſſem: uariæ cogitationes animum meum diu, ut uerum fatear, ſuſpenſum tenuerunt. A pueris equidem magno ſacrarum literarũ amore capiebar, eosq; ſcriptores, qui de diuinis rebus tractabant, ſumma cum uoluptate legebam. Intelligebam ſcilicet Chriſtiano homini præcipuè cõuenire, nihilq; antiquius eſſe debere, quam ut DEVM conditorem qua debet obſeruantia colat, in eoq; omnem ſpem ſuam collocet. Sed cum paulò altius conſiderarem, quæ huius officij dignitas eſſet, & tenuitatis meæ ipſe mihi conſcius eſſem: conſilium paulatim mutare, & aliud uitæ genus inquirere cepi. Legum ſcientia, ob tantam & autorum, & opinionum uarietatem mihi uidebatur difficilima, & natura à litibus in quibus dirimendis ferè tota ſemper eſt occupata, abhorrebam. Reliqua erat medendi ars, ad quam naturæ quadam inclinatione propendebam, eamq; multis nominibus mihi amplectendam eſſe exiſtimabam. Siue enim dignitatem eius, ſiue utilitatem conſidero, reliquis certè omnibus artibus longo interuallo uidetur eſſe ſuperior, quicquid tandem dicant, qui ſuſpicionibus ſuis paulò

licentius indulgent. neq; enim hoc loco animus est curiosius de artium præstantia disputare. Cum itaq; non parui interesse uiderem, ut quis quam primum optimis uteretur præceptoribus, nec ob rei familiaris angustiam aliò conferre me, quod unicè optabam, possem: commodè sanè cecidit, ut eo ipso tempore Constantinopoli Augustam afferrentur annales Ioannis Zonaræ, & Nicetæ Choniatæ historia, sumptibus Magnifici & generosi uiri, & studiosorum omnium Mecænatis ANTONII FVGGERI. Quos cum prudentißimus uir, in iudicium adhibitis doctißimis hominibus, præcipuè uerò Ludouico Carino, cui & tribuebat multum, & quo uno omnium maximè delectabatur, dignos existimaret, ut in publicum exirent, cum ob rerum quas tractabant amplitudinem, tum ob historiæ seriem longißimam à condito mundo usq; eleganti ordine deductam, solicitè (ut fuit propagandæ posteritatis studiosißimus) de conuersione cogitare, & quem ei muneri præficere posset, anxiè deliberare secum cepit. Et tandem de multis unum, eumq; omni liberali doctrina politißimum uirum, & in lingua utraq; singularem propè, Hieronymum Vuolfium, scholæ & urbis uestræ ornamentum, non exigua præmij spe proposita, elegit. Quem laborem hoc libentius suscepit, quo iuuandæ posteritatis studiosior, & Fuggeranæ familiæ laudis propagandæ auidior fuit. Sed cum ob afflictam ualetudinem, à qua ferè nunquam ob aßiduum in literis studium, ut ego quidem existimo, liber est, solus & uersioni, & scriptioni uacare non posset, me sibi, accedente autoritate & consilio, Ioannis Baptistæ Heintzelij, uiri & rerum tractandarum usu eximij, & mei amantißimi, à cuius prædicatione inuitus digredior, socium laborum adiunxit, meaq; opera in exscribendo Zonara & Choniate græcè &

latinè ultra integrum annum usus est, eamq; non prorsus improbauit. Qui uel ob hoc minus grauis mihi esse debuit, quod et triennij sumptus Antonius Fuggerus eo exacto, pollicitus est, & liberalißimè etiam præstitit, & ego tantum utilitatis ex doctrina, & domestica consuetudine Vuolfij cepi, ut eius laboris nunquam me pœnitere debeat. Cum autem omnino absoluto hoc penso, apud animum constituissem Medicinæ, arti præstantißimæ & utilißimæ, sine qua nullam omnino firmam et perpetuam iucunditatem uitæ tenere possumus, operam dare, eiusq; perdiscendæ incredibili cupiditate arderem, Ingolstadium primum (uerebar enim ne repentina illa aëris et uictus mutatio, ualetudini, à qua alioqui parum firmus eram, damnum aliquod afferret) idq; iussu, & cum bona uenia Mecænatis, me contuli. ibiq; per integrum annum commoratus sum, non omnino sine ulla utilitate, præceptore usus, Laurentio Gryllo, artis Medicæ Doctore eximio, uiro multarum rerum usu instructo, & rei herbariæ peritißimo. Cuius laudes ut commemorem, nihil opus esse arbitror. Nam qualis fuerit, cùm alia multa, tum ipsius opera abundè testantur. & uberes profectò ex ipsius diligentia fructus expectabantur. nec mediocrem iacturam ars medica, ad quam illustrandam, & pristino nitori restituendam à natura factus uidebatur, in ipsius obitu passa est. Elapso deinde anno, cum putarem multis de causis mihi non diutius Ingolstadij manendum esse, Monspessulum, urbem apud Nitiobriges non ignobilem, quam iam à multis & discipulorum frequentia, & docentium fide & dexteritate commendari audiueram, cuiusq; uidendæ & colendæ incredibili desiderio flagrabam, suadente ita præceptore, & annuente Mecænate, loci amœnitate captus, de qua toties fama apud me percrebuerat,

buerat, profectus sum, itinere longo quidem, sed non ita difficili. Quo in loco iucundißimè per integrum triennium, secus quam aliqui olim qui laudi meæ fortasse clàm inuidebant, & qualemcunque exorientis famæ splendorem ferre non poterant, cæco liuore ducti, & omnis humanitatis obliti, existimarunt, & palàm apud quosdã meos amicos, quibus post DEVM nihil charius habeo, profiteri ausi sunt, uixi, et præceptores meos quos præstantißimos habui, summa qua potui fide, & obseruantia, colui, eamq; diligentiam adhibui, quæ in discipulo non prorsus fuit improbanda. Vtinam uerò de hac schola tàm copiosè, quam celebritas eius postulat, disserere, eamq; suis coloribus depingere possem, cum nihil habeat, quod non summè ad rei medicæ exactam cognitionem consequendam studiosum allicere poßit. Est enim & locus ipse stirpium fertilißimus, & propter maris uicinitatem piscium omnis generis abundantißimus. Quod si antiquitas laudem meretur aliquã, quid Monspeliensi schola antiquius? quid doctißimorum ingeniorum feracius? An non ante ducentos sexaginta annos Gordonius Medicinam ibi publicè professus est? an non hodie quoque innumeri in arte nostra proceres ex ea uelut equo Troiano prodeunt? quorum opera nulla ferè regio est, nulla prouincia, nulla ciuitas, quæ non utatur. Taceo quos adhuc hodie alit præstantes uiros, Antonium Saportam, à ualetudine Regi Nauarræ, professorem regium, curandorum morborum laude insignem, & Arabum interpretem doctißimum. Franciscum Feynæum, in omni doctrinæ genere excellentem, eloquentiæ laude clarum, & in interpretandis Galeni scriptis singularem propè. Quid de Laurentio Iouberto dicam? an non ipsius doctrina, ingenium ad omnia perspicax, iudicium exquisitum in euol-

uendis

uendis difficilioribus artis nostræ quæstionibus uulgo sunt notißima? Quid illo in disputando uehementius, in respondendo acutius, in medendo accuratius. adeò ut quis optimo iure dicere poßit, Galeni animam in hunc migrasse? Habuit olim quoq; magnos uiros hæc urbs Ioannem Falconem, Gryphium, Schironium, Ioannem Bocaudum, Petrum Guichardum, Franciscum Fontanonum Dionysij filium, quibus tribus postremis præceptoribus usus sum, cum ijsq; familiariter multa de communibus studijs sum collocutus. qui mihi minimè grauatim semper suam operam præstiterunt, quibus utinam diutius hac lucis usura uti licuisset, magno certè artis medicæ, quæ ut nunc sunt tempora, non minimum in tanta impostorũ multitudine periclitatur, commodo, cui illustrandæ, & pro uirili defendendæ nati uidebantur. Sed quid de Rondeletio dicam? an non principem locum inter hos optimo iure obtinet? uir summa hummanitate, rara probitate, eruditione singulari, & quod caput est, in omni Medicinæ parte exercitatus. An non artis dignitas uniuersa cum hoc naturæ miraculo propemodum uidetur extincta? Valeant, qui aliter existimant. Ego, quæ mea natura est, & mores ab omni fuco alieni, de hoc uiro, qui longißima uita dignus fuisset, ut quæ sentiam celem, facere nec possum, nec debeo. Cui libentißimè etiam quicquid sum, quantulumcunque id est, quod sum, acceptum fero. Nihil illo humanius, doctius, aut mitius natura finxit. In hunc quicquid habuit ornamenti, contulit. Huius uiri fama multos ex remotißimis locis in Galliam usque perduxit, cuius profectionis amplißimos sæpè ceperunt fructus, nec eos unquam instituti pœnituit. Sed finem facio, ne uulnus, quod iamdudum occalluit commemoratione laudum tanti uiri denuò refricare,

& mœ-

et mœrorem meum exagitare uelle uidear. Ad institutum itaque redeo. Constituto tempore elapso, Monspessulo discedēs, iterq́; per prouinciam Maßiliam usq; faciens, comitibus Godefrido Scharuio, medico clarißimo, cum quo coniunctißimè diu uixeram, & Casparo Ratzenbergio Salfeldensi, in herbarum cognitione & piscium inuestigatione rariorum perquam solerti, rectà deinde, reuocante me patrono, & rerum mearum ratione ita postulante, in patriam proficiscor. Quo cum saluus magno parentum & amicorum gaudio, et eorum qui commodis meis fauebant, uenissem, nihil prius mihi fuit, quam ut Mecænati, omnis meæ felicitatis autori, gratias si non quas deberem, saltem quas possem agerem. Sed reliquerat ille triste sui desiderium (nam paucis mensibus ante quam redirem ex Gallia, uitam cum morte commutauerat) non sine multorum, qui opera eius in rebus aduersis aliquando usi fuerant, & quorum tenuitatem subleuare aliqua ex parte poterat, mœrore, & summa animi mæstitia. Inter quos ego certè (neq; enim uerum fateri pudet) non infimum locum obtinui. Neque enim fore existimabam, ut quisquam ulterius sumptus suppeditaturus ad fouenda studia (his præsertim temporibus in quibus illorum dignitas ferè extincta est) esset. Sed longè aliter cecidit, quam putaram. quod diuinæ benignitati acceptum ferre debeo. Quod enim patri præstare non potui ob inopinatum ex hac uita discessum, id si filijs deferrem, qui eo in omni uirtutum genere nihilo inferiores essent, rectißimè me facturum putaui. Nec opinionem sanè meam euentus fefellit. Statim enim animaduerti illos mirifica quadam erga me animi propensione esse, & non peßimè de studijs meis sentire, sed, quod quam maximè ad rem pertinebat, nihil magis expetere, quam ut quod pater pulcherrimè

ceperat,

ceperat, illi quam citißimè extremam manum imponerent. Sed quantum hic potuerit commendatio & uitæ, & morum meorum perquam honorifica Ioannis Baptistæ Heintzelij, minimè necessarium esse arbitror hic prolixius commemorare. Præsens enim rerum mearum status abundè testimonio esse poterit, quanto adiumento mihi fuerit & autoritas ipsius, & humanitas. Commendabat mihi Italiam, matrem studiorum, adductus fama eorum quos præter cæteros illic Græcis & Latinis literis eruditos, omni liberali & ingenua doctrina pollere non audiuerat tantum, sed uiderat ipse. Itaq; animum quietum habere non potuit, ut commodorum meorum studiosißimus & nunc est, & olim fuit, præcipuè cum uideret, fore ut aliquando Reipublicæ mea opera usui esse posset, dum à Magnificis uiris MARCO & IOANNE FVGGERIS, & generis nobilitate, & omni uirtutum genere ornatißimis, Mecænatibus meis, id quod peteret, impetraret. Qui etsi aliquando plura mihi tribuerit quam uel par est, uel ego in me agnosco (quam enim nihil sim ab omni eruditione, ipse mihi conscius sum) non potui tamen non semper summam illius in me humanitatem, & amorem incredibilem propè laudibus extollere, posteritatiq; testatum facere. Cum enim IOANNEM FVGGERVM, sua permotus autoritate, accederem, non tantum amantißimis uerbis allocutus est, quæ suæ naturæ bonitas est, sed & bono animo me esse, & benè sperare iußit. Quo quid humanius potuit excogitari? Nam cum MARCO fratre, uiro amplißimo, et acutißimi in dignoscendis hominibus iudicij de studiorum ratione ineunda communicauit, & quo tandem mittendus essem, deliberauit. qui collatis in unum sententijs, Patauium mihi, tanquam locum studijs meis accommodatißimum delegerunt.

gerunt. Vbi cum per ſex integros menſes magna mea uolupta te commoratus eſſem, & optimorum medicorum Fracanzani nimirum, Fallopij, Baßiani Landi, Hieronymi Capiuaccij, Bellocati, Craßi, & nonnullorum aliorum, quibus urbs illa, ſi ulla alia, abundat, lectiones ſedulò frequentaſſem, nihilq; minus quam de profectione cogitarem: commodè literæ ex patria afferuntur, à patronis ſcriptæ, humanitatis & officij plenæ, quibus ſignificabant, ut quam primum rebus meis diſpoſitis, Florentiam urbem Hetruriæ clarißimam, mercaturæ laude inſignem, cuius elegantia, & pulchritudo excellens nec ſcribi calamo, nec uerbis exprimi poteſt, me conferrem. Impetrauerant ſcilicet à COSMO illuſtrißimo eius loci Duce, de cuius laudibus alibi copioſius diſſerui, ut in noſocomio eius, quod amplißimum, & toto terrarum orbe celebratißimum ſuſtentat, artem medicam exercere per unius anni ſpacium poſſem. Quo beneficio quid potuit eſſe maius? Quantum enim eo in loco profecerim, cum tot uarij morbi mihi tractandi fuerint, tot hominum temperamenta exploranda, tot difficultates in tanta ægrorum (nam ultra quadringentos ſemper ibi aluntur) copia ſuperandæ, quis tam demens eſt, ut non intelligat? affirmare etiam auſim, me tum demum quos in ſtudijs progreſſus fecerim, periculum feciſſe, & quam longe ab eo quod fortaſſe perſuadere mihi audebam (quo uitio multi ſanè laborant) abeſſem, re ipſa cognouiſſe, & quantum inter agere & contemplari interſit, didiciſſe, plus deniq; exiguo illo temporis ſpacio (biennium enim non integrè compleui) in arte noſtra profeciſſe, quam ſi alibi uel complures annos commoratus eſſem. Eiuſmodi enim ſchola eſt, cum qua paucas conferre, anteponere uerò nullam auſim. Qua autem diligentia in curandis ægris uſus fuerim, &

quam

quam nemini opem meam petenti denegauerim, omnesq́; neruos intenderim, ne morbus traheretur: etsi superuacaneum est hoc loco commemorare, id tamen me tacente abundè literæ, quas abeunti nosocomij præfectus dedit, testabuntur. Possem hic de Medicis, quibus urbs illa clarißimis plena est, multa dicere, quorum consuetudo mihi non fructuosa tantum, sed & iucunda semper fuit, præcipuè uero Francisci MonteVarchij, Francisci Gambarelli, & Baccij Baldini, uiri optimi, & artis Medicæ haud uulgariter periti, cuius aliquas adhuc literas Pisis scriptas, testimonium sui in me amoris, penes me habeo. Honorio Imolensi in disputando nihil est acutius, nihil in curando circumspectius, & in ueterum methodo imitanda religiosius. Et ut summatim omnes complectar, nullus est ex omnibus medicis, quos familiariter Florentiæ cognoui, qui non omnia summa & humanitatis & beneuolentiæ officia mihi præstiterit. Qui cum aliquando in sermone inijcerent, mirari se, quare Romam, celeberrimum totius Italiæ theatrum, & urbem omni liberali doctrina affluentem, totáq; antiquitatis monumentis abundantem, non uiderem: dici non potest quanta tum eius uidendæ cupiditate animus fuerit incensus. Itaq; omnem lapidem moui, ut in hac quoque parte mos gereretur mihi. Tantum enim abfuit, ut patroni difficiles sese præbuerint, ut etiã ultrò consilium meum et propositũ approbauerint. neq; profectò unquam huius profectionis me pœnituit, ut apertè atq; ingenuè quod sentio cõfitear. Habet enim ea urbs multa præclara, & amplißimas discendi occasiones suppeditat, & multorũ illustrium uirorũ, & summa ingenij gloria præditorum imagines nobis non solùm ad intuendum, uerumetiam

ad

ad imitandum proponit. Medicos habet non ignobiles, summos philosophos, inter quos arctißima neceßitudine deuinctos mihi tenebam, Andream Albium, Hippolytum Saluianum, Alexandrum Petronium, Bartholomæum Eustachium, bone DEVS, quos uiros? Addo Achillem Statium Lusitanum, antiquorum monumentorum studiosißimum, & in dicendi facultate exquisitum, è cuius familiaritate non mediocrem fructum & uoluptatem cepi. Postremò cum peregrinationi finem imponere decreuissem, quod ad eam magnos sumptus requiri, & firmam ualetudinem, animaduerterem, & ne patronorum liberalitate abuti uelle uiderer, in patriam cuius amore omnes natura trahimur, & quam omnibus bonis auctam cupio, eamq; iam dudum ocij sedem mihi delegeram, uelis, remisq; ut aiunt, properaui, saluusq; eò Dei benignitate, magna meorum omnium lætitia, perueni. Neq; enim parùm in itinere periclitatus sum. Cum enim molestias eius diutius ferre non possem, Pisauri (quod oppidum & soli fertilitate, & omnis generis fructuum abundantia cum paucissimis Italiæ urbibus excellit) nauem conscendimus, & tranquillo mari Rauennam usq; usi sumus. Nocte deinde sequenti, nacti idoneum uentum, cum pari felicitate reliquum quoque iter confecturos nos arbitraremur, subitò commutato tempore, & tempestate orta sæuißima, fluctibus nos hinc inde iactantibus, non parum repentina illa maris mutatione, & inopinato malo turbabamur, & non semel de salute nostra desperabamus. Tandem tamen procellarum impetu superato, & gubernatoris diligentia, DEIq; benignitate salui appulimus. & reliquum iter, equis ut acceptum incommodum sarciremus, Loræum usque confecimus, Venetiasq; urbem unam ex omnibus præstantißimam, peruenimus.

mus. ubi cum paucos dies commoratus essem, rectà deinde in patriam perrexi. Quò cum uenissem, nihil quicquam mihi deliberatius fuit, quam ut me quacunque ratione possem, meaq; omnia Mecænatibus meis deferrem, id quod & officij ratio, & multa, magnaq; illorum in me merita postulare uidebantur. Sed quia tum temporis mea opera uti non poterant, Ioannem Baptistam Heintzelium accessi, cumq; eo de mansione mea communicaui, & consilium quid in posterum mihi agendum esset, cepi. Tum ut aliàs sæpè, ita eo quoq; tempore, ut sua fert natura, de commodis meis non cogitare tantum, sed & agere uelle se mihi promisit. Quæ res profectò non mediocrem consolationem mihi attulit, & ocij spem minimè dubiam ostendit. Nam inter cæteros sermones iniecit, uacare hic conditionem, professioni meæ, uitæq; rationi accommodatam, eiq; ut præficerer maximè idoneum iudicauit. Dixi eam mihi uehementer probari, & paternam suam plenam humanitatis ac pietatis uoluntatem, nec ullo modo occasionem aut negligendam, aut industriæ meæ fructus, aut fortunæ perdendos esse, præsertim cum eiusmodi sit, ut & patronis honori & ornamento, & Reipublicæ uestræ, & dulcißimæ patriæ, qua nullus locus mihi charior esse debet, utilitati esse poßit. nihil tamen moliendum, aut suscipiendum contra eorum uoluntatem, qui tantum in me studij, officij & liberalitatis suæ contulissent, quibus optimo iure primum omnem meam operam, studium & diligentiam deferre deberem. Quod meum consilium non laudauit tantum uehementer & probauit, sed adhortatus est etiam, & precibus quasi obsecrauit pro suo summo in me amore, ut de hoc toto negocio primùm cum Mecænatibus meis statuerem, neque quicquam facerem, quod uel minimum ab illorum uoluntate ab-

horreret, nec antea se uobiscum deliberaturũ, aut ullo modo ulterius acturum affirmauit, quam uoluntatem illorum cum uestra congruere intellexißet. Rem esse facilem, nec ita magnæ deliberationis, & in eum ferè locum iam adductam, ut ex sententia eam confici posse, cum tàm benignè pollicéremini, speraret. Quod cum patronis meis abundè exposuissem, illisq; hanc amplißimi ordinis uestri egregiam in me uoluntatem mirificè probari intellexissem: negocium urgere cepi, & quod nunquã sperare in tanta Medicorum & doctorum, & usu probatißimorum multitudine ausus fueram, à te, Senatus Augustißime, haud difficulter impetraui, cumq; locum inter eos sum adeptus (nosocomio enim uestro, in quo eos qui Gallico morbo conflictantur, alitis, præfecistis me) ad quem alioqui ne aspirare quidem ausus fuissem idq; intercedente patrocinio grauißimorum uirorum, præcipuè uerò Achillis P. Gasseri, archiatri uestri, quem ego ob multas ingenij suauitates, exquisitam doctrinam, & naturam ab omni fuco alienam mirificè diligo. taceo, quod in hunc usque diem omnibus officijs ornare me non desinit. Qui cum iam aliquoties me pro suo in me amore adhortatus esset, ut rationem tandem aliquam inirem, qua & gratam animi uoluntatem declarare uobis, & eruditis innotescere possem: non potui non morem gerere amico honestißima petenti, cuius autoritatem tanti facio, ut quod is mihi consilium dederit, id demũ summo studio mihi persequendum putem. Codicem ex Bibliotheca uestra, singulari huius & urbis & posteritatis ornamento, ad quam amplificandam nullis sumptibus parcitis, Græcum ostendit, NONI medici de singularum corporis humani partium morbis curandis librum. Quem cum uideret ὁμοτέχνοις nostris non parum utilitatis allaturum, cum

quod

quod alij magnis uoluminibus persecuti essent, ipse uelut in compendium redegisset, antea non destitit, quam eius petitioni iustißimæ acquiescerem, meq; operam in eo uertendo positurum pollicerer. De quo quid certi affirmem, non habeo. Vixisse autem eum sub Constantino Imperatore Porphyrogenito satis ex præfatione ipsius patet. Fuerunt equidẽ multi, etiam post ea tempora, quibus Germani nostri Romani imperij honorem & titulum ob rerum gestarum magnitudinem sibi uendicauerant, qui hoc nomine appellarẽtur. E quibus illi tantum Porphyrogeniti dicebantur, qui patre Imperatore, & matre Augusta Constantinopoli nati essent. Qui etsi plures numero fuerunt, coniecturam tamen facio eum, cuius iussu NONVS *librum hunc scripsit, Constantini Ducæ ex Eudocia filium fuisse. quam pater ipsius (qui solitus erat dicere, malle se ex doctrina, quam imperio nobilitari) doctos homines amplißimis honoribus affecerit, & præmijs etiam, si qui excellerent, ornauerit. Inter quos Psellus Philosophorum summus non postremo loco habitus est, cui* NONVM *hunc, siue is Romanus natione, siue Latino nomine aliàs præditus fuerit domesticum fuisse & eodem tempore uixisse non absq; ratione iudicauerim, præsertim cum inter uetustiores medicæ artis scriptores numerari nullo modo queat. Cui cum finem iam imposuissem, eum nemini rectius quam uestro amplißimo ordini, amicis nec fortuna, nec doctrina obscuris ita suadentibus, dedicari debere existimaui. Primùm, ut quantum uobis pro summis beneficijs debeam, ostenderem, & posteris quoq; testatum facerem uobis in promouendis literarum studijs nihil esse ardentius. Neque enim earum patrocinium tantum suscipitis, sed alios etiã magnos uiros uestro exemplo ad huius præclarißimæ rei imitatio-*

nem uehemẽter incitatis. Deinde cum sine opera uestra NONVS nunquam in lucem potuisset edi, sed perpetuò in tenebris, inter blattas & tineas latere debuisset, an non optimo iure uester esse debet, cui ut reuiuisceret tandem, non exiguã occasionem præbuistis? Pulchrum scilicet esse semper intelligitis maximis, & in summo imperio constitutis hominibus iuuisse studia literarum, & ingenijs materiam suppeditauisse optimis in artibus se exercendi. Postremò me ad hoc inuitauit, & stimulum quasi addidit Vestræ Amplitudinis bonitas, pietas, humanitas, ac lenitas, amorq; erga ciues suos singularis. quas maximas uirtutes non modò ab alijs, & magnis uiris prædicari sæpè audiui. sed ipse quoq; testis oculatus esse possum. Quod reliquum est, Amplitudinem uestram etiam atq; etiam rogo, ut hunc meum librum ab inuidorum quorum hoc seculum feracißimũ est iniuria tueri, & ceu perpetuum mei in eam amoris & obseruantiæ pignus habere, dum maiorem testificandæ uoluntatis occasionem habuero, uelit. Augustæ Vindelicorum Cal. Augusti, anno à Christi in carnem aduentu, M. D. LXVII.

Amplitudini
Vestræ
addictißimus

Hieremias Martius
Augustanus medicus D.

LECTORI BENEVOLO S.

SCire uices rerum, dubiasq; exquirere causas,
Et procul à uulgo condita mente sequi,
Immensus labor est, sed & hæc iucunda uoluptas,
Vtilitas paßim nec leuis inde uenit.
Sed ueluti toto nihil est præstantius orbe,
Quam cultum uarijs pectus habere modis:
Sic qui multiplices renuit perferre labores,
Præmia nec seræ posteritatis amat:
Sed pretiosa terit sub inerti tempora luxu,
Subiectamq; sibi nil nisi curat humum:
Ille inopi semper turpis latitabit in umbra,
Ex humiliq; nequit tollere plebe caput.
Præmia quis meruit tranquilla per otia laudis?
Desidiam castris odit Apollo suis.
Quem uirtutis amor stimulat, non uana uoluptas,
Quæq; solent studijs esse aliena bonis:
Is demum uiuet, famamq; æquabit olympo,
Cum feret optatam mors properata necem.
Quis precor ignorat cum paupertate Cleanthem?
Præmia non magno digna labore tulit?
Nocte pruinosa uictum dum comparat, inter
Illustres meruit nomen habere uiros.
Non recubat leuibus diuina Scientia plumis,
Nec resides animos ad sua dona uocat.
Ferre famem, tolerare sitim, contemnere somnos
Disce, uolens magni nomen habere uiri.
Non tamen hoc sat erit, multum impendisse laboris
Nocturna doctis sedulitate libris:

Ni uideant seri quondam uixisse nepotes,
Exemplum ingenuæ nobilitatis auum.
Hanc tibi non gemmæ, nec pondera diuitis auri,
Nec proaui tantum, nec dat habere genus.
Namq; ea uirtutis tantum ornamenta putantur:
Est aliquod maius nobilitatis opus.
Illustris proprio Virtus quæsita labore,
Hæc in se causam nobilitatis habet.
Ergo ut miretur ueri monumenta laboris,
Virtutisq́; habeat signa sequenda tuæ,
Posteritas quæ sit facundia sentiat oris,
Atq; fac ingenij flumina culta fluant.
A reliquis neglecta animo quærantur acuto,
Poßis ut sera posteritate legi.
Namq; ea meta uiæ, requies ac certa laborum,
Cum sublime tulit nomen ad astra decus.
Non tibi cum brutis animam posuisse uidentur,
Quorum post uitam iudice facta carent?
Ingenij Musæ totum monumenta per orbem,
Ornantes meritis laudibus illa, ferunt
Famaq́;, qui uarias animum excolucre per artes,
Non sinit obscuris delituisse locis.
Gloria sed Musis & Phœbo digna, dolentis
Solatur dulci pectora sæpe sono.
Calliopæa suos post secula mille renasci
Efficit, interitu Musa diserta caret.
Tityrus argutæ calamos sub tegmine fagi
Inflans, perpetuo carmine notus erit.
Signa Medusæi dum præpetis astra tenebunt
Nota erit in uersu Naso Corinna tuo.

Viuet

Viuet & extremo numerosus Horatius æuo,
Pindaricam uaria dum ferit arte lyram.
Dum pater Hippocrates, & maximus arte Galenus,
Quas habeant uires succus & herba, docent.
Ira nequit superûm monumenta abolere, nec ignes,
Astra sed ingenij demeruere bonis.
Nec minus ille uirûm clarus uolitabit in ore,
Qui cupit hîc studijs consuluisse tuis
Martius: æterno conuertit honore uolumen,
Græcia nunc Latio conspicienda sono.
Quas tibi quas Nonus grates, si fata tulissent
Diceret, has ætas postera iure tibi.
Ergo Machaönias animum qui uertis ad artes,
Nonum multiplici uolue reuolue manu.
Membra tibi morbis si sunt infecta, doceris,
Inde grauem tollat quæ medicina luem.
Ac tibi ne multo sit perscrutanda labore
Græcia, nunc Latio Martius ore dedit:
Quem Virtus humili potuit secernere uulgo,
Extulit & uarijs lingua diserta modis.
Qui tibi si prodest, lector generose, laborem
Authoris tantum consule quæso boni.

Ioan. Zelius Troianus
Francus.



ΠΡΟΣ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΝ ΤΟΝ Θεοστεφῆ, καὶ πορφυρογέννητον βασιλέα.



ΑΣ ΠΡΟσταχθείσας ἐπιτομὰς παρὰ τῆς σῆς θειότητος ἐκ θεοῦ αὐτοκράτωρ περὶ τῆς τῶν ἰατρικῶν θεωρημάτων συναγωγῆς ἐσπούδασα κατὰ τὸ δυνατὸν διὰ συντομίας ὁμοῦ καὶ σαφηνείας πάσης τὴν ἰατρικὴν ἐπελθεῖν· μηδὲν κατὰ δύναμιν τῶν ἀναγκαίων ὑπερορῶν, ἕκαστον ἐκθέμενος τῶν παθημάτων, πρῶτον μὲν τὰς αἰτίας τούτων ὑπαγορεύων σαφῶς, δεύτερον τὰς σημειώσεις, δι' ὧν ῥαδίως γνωσθήσονται, εἶθ' ἑξῆς τὴν θεραπείαν, δι' ἣν πάντα κατὰ τέχνην θεραπεύσωμεν. πρότερον ἀπὸ κεφαλῆς ἀρξάμενοι, διὰ τὸ ἐκεῖσε ἱδρυθὲν τὸ ἱερὸν τῆς λογικῆς ψυχῆς.

AD CONSTANTINVM A Deo coronatum, Imperatorem & Porphyrogenitum.



VOD tuo iussu, Imperator Diue, cōpendiū de præceptionibus medicis collegi, maturaui quantū in me fuit, & artem medicam omni qua potui & breuitate, & perspicuitate sum persecutus, neq; quicquā quod necesse esset prętermisi, sed singulos affectus exposui, causas primum illorum dilucidè enumerando, deinde signa per quæ facilè cognosci poterunt, postremò curandi modū, quo singulis ex arte mederi poterimus, à capite primum exorsi, quòd in eo sedes anima rationalis sacra collocetur.

ΠΕΡΙ ΡΕΟΥΣΩΝ τριχῶν. Κεφ. α΄.

Ἀποῤῥέουσιν αἱ τρίχες, ἀραιότητι μὲν τοῦ δέρματος, ἐνδείᾳ δὲ τῆς γεννώσης οὐσίας αὐτάς. ἀλόη σὺν οἴνῳ μέλανι αὐστηρῷ ἐπίχριε, ἢ σμύρνα, καὶ λαδάνῳ σὺν οἴνῳ καὶ μυρσίνῳ ἐλαίῳ. ἢ σεύτλου χυλὸν μετὰ μυρσίνου ἐλαίου ἄλειφε τὴν κεφαλήν: ἢ περιστερεῶνος χυλῷ μετὰ μυρσίνου ἐλαίου. ἢ λάδανον σὺν οἴνῳ αὐστηρῷ καὶ σχινίῳ ἐλαίῳ λειώσας κατάχριε. Ἀρχιγένους. Λαδάνου, καὶ ἀψινθίου ἴσα, ἀρκευθίδας δέκα λείας, ὀθονίῳ ἐνδήσας, καὶ βρέξας ἐλαίῳ ἐφ᾽ ἡμέρας πέντε, ἐκ τούτου ἄλειφε τὴν κεφαλήν, καὶ οὔτε ῥέουσιν αἱ τρίχες οὔτε πίτυρα ἕξει. Λινόσπερμα ξηρὸν κατάκαυσον σὺν τῇ λινοκαλάμῃ, καὶ τρίψας μετ᾽ ἐλαίου σησαμίνου κατάχριε. πολυτρίχου μέρος

DE CAPILLIS FLVENTIBUS. *Cap. I.*

Capilli defluunt, uel ex cutis raritate, uel ex materię ipsos procreantis inopia. Aloen ex uino austero nigro, aut myrrham cum ladano ex uino & oleo myrtheo inungito. Vel betę succo ex oleo myrtheo caput illinito. aut uerbenacæ succo ex oleo myrtheo. aut ladano ex uino austero, & oleo lentiscino trito. Aliud ex Archigene. Ladani & absinthij par modꝰ, grana iuniperi decem, trita in linteolum inuoluuntur, & per dies quinq; macerantur, hisque tandē caput illinitur, et neq; capilli defluent, neq; furfures aderunt. Lini semen unà cū cortice suo exurito, & siccum tritum cū oleo sesamino inungito. Ladani partes duæ, Poly-

trichi

ἐν. λαδάνου μέρη δύο οἴνῳ καὶ μυρσίνῳ ἐλαίῳ ἀναλαβὼν χρῶ. ἄλλο. ἀνεμόνης τὸ ἄνθος, ὅ ἐστι πετροκλάστρα μετ' ἐλαίου κατάχριε μυρσίνου. τοῦτο δὲ καὶ μελαίνει. ἄλλο. περιστερεῶνος βοτάνης ὀρθῆς λεώσας φύλλα σὺν ἐλαίῳ μυρσίνῳ ἀπόθου καὶ χρίε τὴν κεφαλήν. ἄλλο. μύρτων μελάνων οὐγ. γ'. λαδάνου τὸ ἴσον τρίβε διαλύων ἀκακίας καρποῦ τῷ ἀφεψήματι. τοῦτ' ἐστι τῶν λεγομένων ἀκανθῶν κερατίων, ὅταν δὲ σχῇ γλοιοῦ τὸ πάχος ἀναλαβὼν ναρδίνῳ ἐλαίῳ ἢ ἄλλῳ τινὶ τῶν ἡδυσμάτων. ἄλλο. σμῆγμα κεφαλῆς πυκνοτικόν. βαλαυστίου ∠. ζ'. σανδαράχης ∠. β'. σιδίων γο̅. γ'. μυρσίνης φύλλων γο̅. γ'. σαρκοκόλλης γο̅. γ'. κηκίδος γο̅. γ'. σάπωνος γαλλικοῦ λιτρ. α'.

trichi pars una, uino & oleo myrtheo excipiuntur, & in usum adhibētur. Aliud. Anemonę florē, qui poteroclastra dicit, ex oleo myrtheo inūgito. Hoc aūt nigros quoq; capillos ꝑducit. Aliud. Folia uerbenacę herbæ rectæ appellatæ ex oleo myrtheo in læuorē detrita, reponito, eoq; caput inūgito. Aliud. Baccarū myrthi nigrarū quadrantē, ladani par pōdus trita in acacię fructus h. e. siliquarū ipsius spinę appellatarū decocto dissolue, atq; ubi limi crassitudinē habuerint, nardino, aut aliquo alio cōdimēto excipe. Aliud Smegma dēsans caput. Balaustiorū drachmæ 7, sandaracæ drach. 2, malicorii quadrās, myrthi foliorū par pondus, sarcocollæ tantundē, gallarū unc. 3. Saponis gallici li

Λουπίνων ἀπόζεμα σμήξας σμῆχε. λάδανον λειώσας μετὰ γλυκέος, ἢ γλυκέος οἴνου ὡς μέλιτος ἔχειν πάχος, χρίε προλουσαμένου. ἄλλο. ὕδωρ αὐξητικὸν ὕδατος ὀμβρίμου ξ ϛ'. ῥοῦ ἀλεξανδρίνου γο. γ'. πολυτρίχου γο. δ'. βραθύος γο. δ'. λαδάνου οὐγ. δ'. μυρσίνης οὐγ. α'. κολοκύνθης ξηρᾶς γο. α'. ἔα ταῦτα βρέχεσθαι εἰς ἄγγος ὑέλινον ἡμέρας κ. κινῶν καθ' ἑκάστην αὐτὸ δὶς τῆς ἡμέρας. καὶ καταβάπτων ἐν αὐτῷ τὸ κτένιον καθ' ἑκάστην κτένιζε.

bra. Lupinorũ decocto in pastillos rediguntur & sublinuntur. Ladanũ ex passo, aut uino dulci læuigatum donec mellis crassitudinẽ habeat, ante balneum illinito. Aliud. Aqua pilos augẽs. Aquæ pluuiales sex tariĳ sex, Rhu Alexãdrini sextariĳ tres, polytrichi unciæ quatuor, herbę Sabinę tantundẽ, ladani, myrthi, cucurbitæ aridę singulæ unc. Quæ macerari sinito in uase uitreo ad dies 20. bis quotidie mouẽs, & pectinẽ intingens, caput pectito quotidie.

ΜΕΛΑΣΜΑΤΑ ΤΡΙΧῶν. Κεφ. β'.

Κηκίδων γο. α'. ἰοῦ σιδήρου γο. α'. στυπτηρίας ∠. β' χαλκάνθου γο. α'. λεῖε σὺν οἴνῳ αὐστηρῷ ἢ οὖρον παλαιὸν, ὡς μέλιτος ἔχειν πάχος, καὶ προσμίξας νί-

QVAE CAPILLOS *nigros reddant. Cap. II.*

Gallarũ, æruginis ferri singulæ unc. aluminis drachmæ duæ. atramenti sutorĳ unc. cum uino austero tritis, aut urina antiqua, & nitro admixto, ita ut mellis crassitudinem

τρον, τὰς τρίχας ἄλειφε, καὶ ἔα δι' ὅλης τῆς νυκτὸς. ἄλλο. σιδήρου ῥινίσματα ἔμβαλε ὄξει, καὶ στυπτηρίαν, καὶ ἔασον βρέχεσθαι ἡμέρας δέκα, καὶ εἰς τοῦτο ἀποβάπτων τὴν κτέναν κτένιζε. ἄλλο. καππάρεως ῥίζα σὺν γάλακτι γυναικείῳ, ἔνιοι ὀνείῳ μέχρι τὸ τρίτον λειφθῇ ἑψήσας κατάπλασσε εἰς νύκτα. ἄλλο. ἰτέας φύλλων χυλὸν μετ' ἐλαίου τρίβε. ἄκρως γὰρ μελαίνει. ἄλλο. μελαίνει πώγωνα φελλὸς ἄβροχος. καὶ μόλυβδος κεκαυμένος σεύτλου ὠμοῦ χυλοῦ μέλιτος πάχος χρίσας ἔασον ἕως ἀρίστου, εἶτα κλύζου. ἄλλο. ἢ σκωρίαν σιδήρου, καὶ μόλυβδον ἐν ὄξει ἑψήσας μέχρι τὸ τρίτον λειφθῇ ἐπίχριε ἐλαίου ἀπεχόμενος.

dinē habeāt, pilos illine, & tota nocte relinquito. Aliud. Ferri rasuram, & alumen in acetum conijcito, & per dies decem macerari finito, & in id pectinem intingito. Aliud. Radicem capparis cum muliebri lacte, aut vt alij legunt, asinino, donec tertia pars supersit, decoquito, & ad noctem pro cataplasmate imponito. Aliud. Salicis foliorum succū cum oleo affricato. summè enim denigrat. Aliud. Denigrant barbam, suber aridum, & plumbum vstum cum betæ crudę succo mellis spissitudine illita finito vsque ad prandium, deinde abluito. Aut ferri recremētum ac plumbū in aceto cocta ad tertias illine citra oleum.

ΠΡΟΣ ΤΟ ΞΑΝΘΑΣ ποιῆσαι τρίχας. Κεφ. γ'.

Θέρμους ὠμοὺς ἐν ὕδατι ἀποβρέξας, κατάχριε, καὶ κτένιζε. ἢ αἰγυπτίου ῥόδου ἀπόζεμα. οἴνου ἐρυθροῦ ξε. ϛ'. κηκίδων ξε. ϛ'. χελιδωνίας γο. β'. πολυτρίχου δεσμίδιον, ἀψινθίου δεσμίδιον, λουπίνων γο. β'. ὕδατος ξε. ϛ', καὶ βαλὼν εἰς ἀγγεῖον ὑέλινον ἔα βρέχεσθαι ἡμέρας ἐννέα, κινῶν αὐτὸ καθ' ἑκάστην ἡμέραν, καὶ εἰς τοῦτο βρέχων σπόγγον, ἀνάτριβε τὰς τρίχας.

VT FLAVI FIANT capilli. Cap. III.

Lupinos crudos in aqua maceratos inungito, & caput pectito, aut roſæ Aegyptiæ decocto. vini rubri ſextarij ſex, gallarum tantundem, hirundinariæ vnciæ duæ, polytrichi, abſinthij, ſingulorum faſciculus, lupinorum vnciæ duæ, aquæ ſextarij ſex. conijcito in vas vitreum, & dies nouem ſinito commadeſcere, quotidie illud mouens, & ſpongiam madefaciens, pilos confricato.

ΠΕΡΙ ΠΙΤΥΡΙΑΣΕΩΣ. Κεφ. δ'.

Η πιτυρίασις λεπτῶν καὶ πιτυροειδῶν σωμάτων ἐκ τῆς ἐπιφανείας τῆς κεφαλῆς ἢ τοῦ ἄλλου σώματός ἐστιν ἀπότηξις χωρὶς

DE PORRIGINE. Caput IIII.

Porrigo eſt, vbi tenuia & furfuracea corpuſcula, ex capitis ſumma parte, aut etiam ex reliquo corpore, citra exulcerationem reſoluuntur.

ἑλκώσεως. Γίνεται δὲ καὶ κακοχυμίας ἀνεχθείσης παρὰ τὴν κεφαλήν, ἢ φλέγματος ἁλμυροῦ, ἢ χολώδους, ἢ μελαγχολικοῦ αἵματος. καὶ δεῖ κενοῦν πρῶτον τὸ ὅλον σῶμα διὰ φλεβοτομίας, καὶ καθάρσεως τοῦ πλεονεκτοῦντος χυμοῦ. ἔπειτα κιμωλίαν προβρέξας ὕδατι, μίξον σεύτλου χυλόν, καὶ κατάχριε. ἄλλο. λίβανον σὺν οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ διάχριε, ἢ θέρμους σὺν θαλάσσῃ ἑψήσας κτένιζε. ἄλλο. λιθαργύρου ∠. β΄. θείου ∠. α΄. λιβάνου ∠. αγ΄. ἐλαίῳ λειώσας, ὡς ἔχειν πάχος μέλιτος διάχριε. ἄλλο. ἀφρονίτρου, χαλκάνθου ἀνὰ ∠. γ΄. μετ᾽ οἴνου λειώσας ἄλειφε. ἄλλο. μαλάχην ἀγρίαν ἐν θαλάσσῃ ἑψήσας μέχρι τὸ δέκατον λειφθῇ λέενε καὶ σμῶ.

uuntur. Fit etiam, cum vitiatus humor ſurſum ad caput fertur, vel pituita ſalſa, vel bilioſus, vel atrabilarius ſanguis. Itaq; primum vniuerſum corpus per venæ inciſionem euacuandum erit, & purgandus humor qui abundat. Deinde cretæ cimoliæ aqua prius maceratæ, ſuccum betæ miſceto, & illinito. Aliud. Thus ex vino & oleo illinito, aut lupinos ex aqua marina coctos, & caput pectito. Aliud. Argenti ſpumæ drachmæ duæ, ſulphuris drachma, thuris drachmæ tres, ex oleo læuigãtur, dum mellis craſsitudinem habeant, & illinũtur. Aliud. Spumę, nitri, atramenti ſutorij ſingulorũ drachmæ tres, ex vino tritæ, inunguntur. Aliud. Malua agreſti in aqua marina decocta, vt decima pars remaneat, detergito.

ΠΣΟΣ ΤΑ ΕΝ ΤΗ ΚΕ- φαλῇ γινόμενα ψωρώδη. Κεφ. ε΄.

Λιθαργύρου, ψιμμυθίου ἀνὰ ∠. ιβ΄. θείου ἀπύρου ∠. η΄. κηρωτῇ μυρσίνης ἀναλάμβανε, καὶ χρῶ.

AD SCABIEM *quæ in capite oritur.* Cap. V.

Argenti ſpumæ, ceruſſæ, ſingulorũ drachmæ duodecim, ſulphuris ignem non experti drachmæ octo, cerato myrtheo excipe, & vtere.

ΠΕΡΙ ΦΘΕΙΡΙΑΣΕΩΣ ἐν τῇ κεφαλῇ. Κεφ. ϛ΄.

Φθειρῶν γένεσις ἐν τῇ κεφαλῇ συμβαίνει τισὶν ἐξ ὑγρῶν θερμῶν ἐν τῷ βάθει τοῦ δέρματος σηπομένων. θέρμων ἀποβρέγματι καθηψημένων λουέσθω. ἢ σταφίδα ἀγρίαν, καὶ σανδαράχην λειώσας μετ᾽ ἐλαίου παλαιοῦ ἐπιχρίε. ἢ κισσοῦ χυλὸν σὺν μέλιτι, ἢ ἐλαίῳ ῥαφανίνῳ. ἄλλο. στυπτηρίαν γο. γ΄. σταφίδος ἀγρίας γο. ς΄. λειώσας μετ᾽ ἐλαίου ἄλειφε. ἄλλο. σανδαράχης, σταφίδος ἀγρί-

DE MORBO PEDI*culari.* Cap. VI.

Pediculorum generatio in quibuſdam ſolet euenire ex humoribus calidis, qui in profundo capitis putreſcunt, lupinorũ in aqua coctorum diluto, abluatur, vel herba pedicularia, vel ſandaracha, contrita ex oleo veteri, illinatur, vel hederæ ſucco ex melle, vel oleo raphanino. Aliud. Aluminis drachmæ tres, herbæ pedicularia drachmæ quinque, ex

ας ∠. ζ΄. ἴσα ἐλαίῳ λείως τριβέ, ἢ σανδαράχης ∠. γ΄. σαφίδος ἀγρίας ∠. ζ΄. ἴσα ἐλαίῳ λείως τριβέ. ἢ σανδαράχης ∠. δ΄. σαφίδος ἀγρίας ∠. η΄. νίτρου ∠. β΄. ὄξει καὶ ἐλαίῳ λείως τριβέ, ἢ ὀξυλαπάθου ῥίζης μετ' ἐλαίου ὁμοίως.

oleo tritæ inunguntur. Aliud. Sandarachæ, herbæ pediculariæ drachmæ ſeptem, ex oleo pari pondere ad læuorem detritæ illinuntur, vel ſandarachæ drachmæ tres, herbæ pediculariȩ drachmæ ſeptem, ex oleo pari portione læuigatæ oblinuntur. Aut. Sandarachæ drachmæ tres, herbæ pediculariæ drachmæ octo, nitri drachmæ duæ, ex oleo & aceto tritæ vel oxylapathi radix ex oleo eodem modo illinitur.

ΠΕΡΙ ΑΧΩΡΩΝ ΚΑΙ *κηρίων, ὃ λέγεται γλύειν.* Κεφ. ζ΄.

Ο καλούμενος ἀχὼρ ἐν τῷ δέρματι τῆς κεφαλῆς γίνεται, λεπτοῖς πάνυ τρήμασιν τὸ δέρμα κατατιτρῶν, δι' ὧν ἰχὼρ ἀποδίδοται γλίσχρος. ὅμοιον δὲ τὸ πάθος κατὰ τὴν ἰδέαν ἐστὶν, καὶ ὃ καλοῦσι κηρίον, διὰ τὸ τὰς κατατρήσεις ἔχειν μείζονας ὑγρότητος

DE MANANTIBVS *capitis ulceribus, quæ achores græcè dicuntur, & fauis. Cap. VII.*

Vitium quod à Grȩcis achor dicitur, in capitis cute oritur, eamq; tenuiſsimis foraminibus perforat, per quæ glutinoſa ſanies redditur, ſimile ipſi malum ſpecie eſt, quod à faui ſimilitudine *κηρίον* græcis vocatur, & foramina ampliora habet, in

μελιτώδους περιεκτικάς. ἡ
γὰρ γένεσις τούτων ἐκ νιτρώ-
δους καὶ ἁλμυροῦ φλέγμα-
τός ἐστιν. οὗτοι πάσης τρο-
φῆς δριμέας καὶ ἁλμυρᾶς
ἀπεχέσθωσαν. καὶ τὴν πλεο
νάζουσαν (εἰ δυνατὸν) κα-
κοχυμίαν ἐκκενοῦντες τοῦ
σώματος διὰ φλεβοτο-
μίας, ἢ καθάρσεως, ξυρή-
σας τὰς τρίχας πυρία θέρ
μων καὶ μυρσίνης ἀφέψη-
μα, ἢ βάτου, ἢ φακοῦ. διά-
χριε δὲ κιμωλίαν γῆν, ἢ
λιθάργυρον, ἢ καδμίαν, ἢ
χαρτίον κεκαυμένον σὺν
οἴνῳ αὐστηρῷ. ἄλλο. λιθαρ-
γύρου ∠. ις΄. πηγάνου φύλ-
λων ∠. η΄. σταφίδος ἀγρί-
ας ∠. δ΄. χαλκάνθου ∠. β΄.
ὄξει καὶ μυρσίνῃ λειώσας ἐ-
πίχριε. ἄλλο. σήρικον ∠.
δ΄. σμύρνης ∠. δ΄. θείου ἀ-
πύρου ∠. δ΄. σὺν ἐλαίῳ πα
λαιῷ καὶ ὄξει διάχριε. ἄλλο.
λιθαργύρου οὐγγ. δ΄. ἁλῶν
κοινῶν γο. β΄. συπηρίας

quibus humor craſsitu-
dine mel repræſentans
cõtinetur, origo autem
ipſi eſt, ex nitroſa ſalſa-
que pituita. Abſtineant
itaque ab omni cibo &
acri & ſalſo. Euacuetur
deinde è toto corpore,
ſi quis adeſt humor ui-
tioſus, qui abundat, id-
que per venæ ſectionẽ,
ſi nihil prohibeat, vel
purgatione, deraſis po-
ſtremo capillis, caput
foueatur aqua, in qua
lupini & myrtus ſit de-
cocta, vel rubus, vel len
ticula, vel terra cimo-
lia, vel argenti ſpuma,
vel cadmia, vel charta
combuſta, ex vino au-
ſtero caput illinito. A-
liud. Argenti ſpumæ
drachmæ ſedecim, rutæ
foliorum drachmæ o-
cto, herbæ pedicularíæ
drachmæ quatuor, atra
menti ſutorij drachmæ
duæ, ex aceto myrtheo-
que oleo tritæ, illinun-
tur,

γο. β. χαλκίτεως κεκαυμένης γο. α΄. οἴνου, ἐλαίου τὸ ἀρκοῦν, σμύρνης καὶ μυρσίνης λευκῆς χλωρὰ φύλλα λεῖα ἐν οἴνῳ λειώσας καταχρίε. ἄλλο. ποιοῦν καὶ πρὸς πίτυρα. νίτρου, χαλκάνθου ἀνὰ L. λειώσας κατάχει ἔλαιον, καὶ ἐπίχριε.

tur. Aliud. Serici, Myrrhe, singulorum drachmæ quatuor, sulphuris ignem non experti par pondus, ex oleo veteri & aceto inungitur. Aliud. Argenti spumæ vnciæ quatuor, salis communis, aluminis singulorum vnciæ duæ, chalcitidis combustæ vncia, vini & olei quantum satis est. Myrrhæ & myrthi albæ folia viridia, ex vino in puluerem redacta, inungito. Aliud. Quod & ad porriginem accommodatum est. Nitri, atramenti sutorij, singulorum drachma, contrita, & oleo affuso, capiti applicatur.

ΠΕΡΙ ΑΛΩΠΕΚΙΑΣ καὶ ὀφιάσεως. Κεφ. η΄.

Α'λωπεκία ἐστὶν ὅταν αἱ τρίχες ἀποπέσωσι τῆς κεφαλῆς διὰ χυμὸν θερμὸν καὶ διαβρωτικὸν κόπτοντα τὰς ῥίζας αὐτῶν. διαφέρει δὲ ἡ ὀφίασις τῷ σχήματι ἡ γὰρ ὀφίασις λειοτέρα ἐστὶν, ὥσπερ οἱ ὄφεις, ἡ δ᾽ ἀλωπεκία τραχυτέρα πολ

DE ALOPECIA *& ophiasi. Cap.* VIII.

Alopecia est, cum pili capitis decidunt, ob humores calidos, qui exedunt radices capillorũ, & extenuant. Differt ab ophiasi figura tantum. Nam quæ à serpentis similitudine ὀφίασις appellatur, leuior, sed ea quæ ἀλωπεκία nominatur

λῶ. στοχάζου δὲ ἀπὸ τῆς χροιᾶς τοῦ δέρματος τὸν πλεονάζοντα χυμὸν, καὶ τούτου τὴν κάθαρσιν πρῶτον ποιοῦ εἰ μὲν ἐπὶ τὸ μελάντερον, ἢ λευκότερόν ἐστιν ἡ χροιὰ, διὰ τῆς ἱερᾶς ἀντιδότου καθαίρομεν: εἰ δὲ ἐπὶ τὸ ὠχρότερον τὰ διὰ τῆς ἀλόης, καὶ τῆς πικρᾶς, καὶ ἀποφλεγματισμοῖς δὲ χρηστέον δι' ὄξους, καὶ νάπυος, καὶ μέλιτος, ἢ δι' ὀριγάνεως, καὶ γλήχωνος, καὶ θύμου, καὶ ὑσσώπου, σὺν ὀξυμέλιτι ἀφεψῶν, καὶ ἀποφλεγματίζων, ἐκνιτρώσας δὲ τὸν τόπον, τοῦτ' ἐστι διὰ νίτρου καὶ ὀλίγου ὄξους, ῥάκη ἐμβάπτων καὶ τρίβων, ἕως ἐρυθρὸς γένηται. ἀλκυώνιον, ὅ ἐστι φώκιον, κεκαυμένον, σὺν ἐλαίῳ ἀπὸ λύχνου λειώσας, χρίε. ἢ καλάμου ῥίζαν κεκαυμένην σὺν ἐφαλβίῳ καὶ στέατος ἀρκείου λειώσας χρίε. ἄλλο. θεῖον ἄπυρον

minatur magis aſpera apparet. Coniecturam autem de humore, qui abundat ex cutis colore facies, eumque primum expurgabis, ſi igitur color ad nigrius albidiuſue mutatus fuerit, hiera purgabimus, ſin ad pallidius, pillulas ex aloe, ſeu hiera exhibebimus, vtemur præterea medicamentis, quæ pituitã per os educunt, & ſaliuam mouẽt, quæ conſtant ex aceto, ſinapi & melle, uel decocto origani, uel portulacæ, uel thymi, uel hyſſopi, admixto oxymelite, pituitam extrahemus. uel locum ex nitro, adiecta parua aceti portione, confricabimus, & panno detrito intincto in eo, & defricato, donec ruborem contraxerit. Aut alcyonio (quod phociũ appellatur) combuſto, & cum oleo lucernarum

cernarum

λαβὼν, πίσσῃ ὑγρᾷ κατάχριε. ἄλλο. εὐζώμου σπέρμα γο̄. α΄. νίτρου γο̄. α΄. λεάνας σὺν ὑγρᾷ πίσσῃ διάχριε.

cernarum in puluerem redacto, inungemus. Aut arundinis radicem combustam cum euphorbio, aut adipe ursino detrita inducemus. Aliud. Sulphur ignem non expertum pice liquida excipito, & inungito. Aliud. Erucæ seminis nitri singulorum uncia pice liquida læuigata, inungitur.

ΤΡΙΧΟΦΥΕΣ. Κεφ. θ΄.

AD PILOS GENErandos. Cap. IX.

Ἀλκυωνίου κεκαυμένου οὐγγ. α΄. στέατος ἀρκείου οὐγγ. β΄. πεπέρεως ∠. α΄. μυοχόδων ∠. γ΄. μελανθίου ∠. δ΄. ἐλαίου ἐξ ἀκόνου τὸ ἀρκοῦν, καὶ ὀποβαλσάμου. ἄλλο. ἐχῖνον χερσαῖον καύσας σὺν κεδρίᾳ καὶ στέατι ἀρκείῳ κατάχριε. τὰ αὐτὰ δὲ καὶ πρὸς ὀφίασιν ποιοῦ. ἄλλο, κόπρον αἰλούρου μετὰ ὄξους κατάχριε, καλόν ἐστι, καὶ πάνυ φυσικὴν ἀντιπάθειαν ἔχει πρὸς τὸ πάθος. κάρυα βασιλικὰ καύσας ὁλόκληρον

Alcyonij combusti vncia, adipis vrsini vnciæ duæ, piperis drachma, stercoris murium drachmæ tres, nigellæ drachmæ quatuor, olei & opobalsami in cote tritorum, quantum satis est. Aliud. Erinaceum terrestrem comburito, & cedria & adipe vrsino exceptum, illinito. Eadem autem hæc accommodata sunt etiam ophiasi. Aliud. Stercus felinum ex aceto, oblinito, præstans est remedium.

λείου μετ᾽ ἐλαίου κατάχριε προεξυρήσας τὸν τόπον. ποιεῖ δὲ ὡσαύτως καὶ ἡ τῶν βατράχων τέφρα μετὰ ὑγρᾶς πίσσης ἅμα ἀναληφθεῖσα, καὶ περιχριομένη.

dium, & naturæ quadam proprietate huic vitio valde aduerſatur. Nuces regias integras in cinerem redigito, & ex oleo læuigatas inungito, deraſo tamẽ prius loco. idem præſtat & ranarum cinis, pice liquida exceptus, & vnguenti loco adhibitus.

ΠΕΡΙ ΚΕΦΑΛΑΛΓΙΑΣ. Κεφ. ί.

rum uel mẽſium ſuppreſſione, purgandi autem ſunt ex hiera. Victꝰ vero extenuans & deſiccans eſto, vſus item balneorũ naturalium, aluminoſorum, nitroſorum, et ſulfuroſorum commodus eſt. In potu vero offerre oportet frequenter abſinthiũ, & picram et Theodoretum. Emplaſtra item, & quod è lauri baccis & è ſeminibus conſtat.

ΠΕΡΙ ΥΔΕΡΩΝ.

Κεφ. ρπϛ´.

Καταψυχθέντος τοῦ ἥπατος σφοδρῶς ποτὲ κατὰ πρωτοπάθειαν αὐτοῦ, ποτὲ δὲ κατὰ συμπάθειαν ἑτέρων μορίων, ἀποτυχία τῆς ἐξαιματώσεως γίνεται, καὶ καλεῖται τὸ πάθος ὕδερος. εἰσὶ δὲ τρία εἴδη ὑδέρων. ἓν μὲν ὁ λεγόμενος ἀσκίτης, ὅταν

DE AQVA INTER cutem, hoc eſt, hydropico morbo.

Cap. CLXXXVI.

Cum epar vehementer fuerit refrigeratum, id quod fit, modo primario affectu eius, modo conſortij lege aliarum partium, et ſanguinis elaboratio nulla ſuccedit, Vitiũ ὑδερός græcè, latinè, aqua inter cutẽ vocatur. Atq; huius tres ſunt ſpecies, vna eſt, cum venter inſtar

ὥσπερ ἀσκὸς ὀγκοῦται, ἐφ' οὗ καὶ παρακέντησιν παραλαμβανόμενον. δεύτερον ὁ λεγόμενος τυμπανίας, ὅταν πνεύματος γέμει ἡ γαστὴρ μᾶλλον. δῆλον δὲ τοῦτο, ἐκ τοῦ κρούεσθαι, καὶ ἠχεῖν τὴν γαστέρα. τρίτον δὲ εἶδος ὁ λεγόμενος ἀνασάρκα, ὅταν ὅλον τὸ σῶμα ὀγκοῦται. καλεῖται δὲ καὶ λευκοφλεγματία. εἰσὶ δὲ σχεδὸν μὲν πάντες ἀνίατοι τελειούμενοι. τούτοις δεῖ παρέχειν φάρμακον ὑδραγωγόν. οἷον κόκκον κνίδιον σφαιρώσας δίδου. ἢ λαθυρίδας κ. ἢ εὐφορβίου κερ. ε. ἄλλο πόμα ἄγων ὕδωρ. χαμελαίας φύλλων, καὶ χαλκοῦ κεκαυμένου, καὶ ἀνήσου τὸ ἴσον, δίδου ἐν ὕδατι. ἄλλο ὑδραγωγόν. ἀλόης, εὐφορβίου, κόκκου κνιδίου ἀνὰ δραχμ. α΄. κράμβης

vtris intenditur vehemẽter, in qua perforatione etiam, quæ παρακέντησις dicitur, vtimur, ἀσκίτην hanc græci vocant. Altera species est, quam tympanitem appellant, cum in ventre creber est spiritus, quod ex sono & pulsatione ventris percipitur. Tertia species est, quam anasarcam nominauerunt, cum tumores per totum corpus oriuntur, id vitij genus λευκοφλεγματίαν quoq;, ob humoris nimiam abundantiam appellant. Harum nulla cum inueterauerit curationẽ recipit. His igitur medicamẽtum, quod aquam educat, exhibendum est, quale est, granũ gnidium in globulum redactum, vel lathyrides viginti, vel Euphorbij siliquæ quinq;. Alia potio aquam eliciens. Chamelææ foliorum, æris combusti, anisi portiones pa-

res

χυλῷ ἀναλάμβανε, καὶ δίδου κερ. ἑπτὰ, ἢ θ'. δίδου δὲ καὶ τὰ διουρητικὰ, οἷον ἄσαρον, ἵππουριν, σέλινον, ἀδίαντον. ἁρμόζει δὲ τούτοις ἡ διὰ τοῦ ὀξυμέλιτος πικρὰ καὶ ἡ θηριακή. ἔξωθεν κατάπλαττε βόλβιτα βοὸς ξηρὰ, λεάνας σὺν ὀξυμέλιτι, καὶ θείου τὸ τέταρτον μέρος ὅλου τῆς γαστρὸς ἐπίβαλλε κύτει. ἢ σπυράθους αἰγὸς σὺν οὔρῳ παιδὸς κατάπλασσε, ἢ ζύμην, καὶ νίτρον, καὶ ἶριν, καρδάμωμόν τε καὶ θεῖον ἄπυρον, ἀμμωνιακόν τε, καὶ δαφνίδας, καὶ περιστερῶν κόπρον, ἢ πάντα, ἢ τινὰ ἐκ τούτων δι' ὀξυμέλιτος. ἔμπλαστρα δὲ τήν τε δι' ἰτεῶν, καὶ τὴν ἱκέσιον.

res ſingulorum ex aqua dantur. Aliud aquã educens. Aloës, Euphorbij, cocci gnidij, ſingulæ drachmæ, braſsicæ ſucco excipiuntur, & ſiliquę ſeptem aut nouem dantur, item ea quæ vrinas mouent, qualia ſunt, aſarũ, hipparis, apium, adianthum. His etiam picra ex oxymelite competit, & theriaca. Extrinſecus vero cataplaſmata adhibẽda, ex ſtercore bouino arido, & cum oxymelite trito, vel quarta pars ſulfuris toti ventris capacitati iniecta. Vel ſtercora caprilla cum vrina, pueri applicato, vel fermentum, vel nitrum, vel iridẽ, cardamomum itẽ & ſulfur, ignem non expertũ, ammoniacum præterea & lauri baccas et columbarum ſtercus, vel omnia vel quædam cum oxymelite. Emplaſtra nouiſsimè imponuntur, tũ dia iteon, id eſt, quod ex ſalicibus eſt, tum quod iceſium dicitur.

ΠΕΡΙ ΣΠΛΗΝΟΣ.

Κεφ. ϛπζ΄.

Τοῦ μὲν σπλῆνος φλεγμαίνοντος, φλεβοτομητέον αὐτοὺς ἀπ' ἀριστεροῦ ἀγκῶνος, ἢ κατὰ τὸ ἄκρον τῆς χειρός. εἶτα καταπλαστέον διὰ κριθίνου ἀλεύρου, καὶ τήλεως, καὶ ἰτέας φύλλων, σὺν ὀξυμέλιτι. ἄλλο. τήλεως οὐγγ. δ΄. κριθίνου, καρδαμώμου ἀνὰ οὐγγ. α΄. σύκων λιπαρῶν λι. α΄. περιστερεῶνος οὐγγ. α΄. σὺν ὄξει ἑψήσας, κατάπλασσε. ἄλλο. κόπρον αἰγείαν σὺν κριθίνῃ, καὶ λινοσπέρμῳ, καὶ ἁλὸς ἄνθος σὺν ὀξυκράτῳ κατάπλασσε. τριβέτω δὲ κυπρίνῳ ἐλαίῳ σὺν ὄξει. μάλαγμα. κηροῦ λι. α΄. νίτρου οὐγγ. γ΄. τερεβινθίνης, ἄγνου σπέρματος, καππάρεως ῥίζης φλοιοῦ ἀνὰ οὐγγ. α΄. ἑψη-

DE LIENIS INflammatione.

Cap. CLXXXVII.

At ſi inflammatio lienem exercet, ſanguis è cubito ſiniſtro & in extrema manu mittendus eſt. Deinde cataplaſma inducendum ex farina hordeacea, fœnugręco, folijs ſalicis, cum oxymelite. Aliud. Fœnugræci vnciæ quatuor, farinæ hordei, cardamomi ſingulæ vnciæ, ficuum pinguium libra, verbenacæ vncia, cũ aceto cocta, ad cataplaſmatis formam inducuntur. Aliud. Stercus caprillum cum farina hordeacea, & lini ſemine & ſalis flore, cum poſca applicatur, ſi tamen prius cyprino oleo aceto admixto fouetur. Malagma. Ceræ libra, nitri vnciæ tres, terebinthinæ, viticis ſeminis, corticis radicis capparis ſingulæ vnciæ, co-

ctæ

σαις ἔμπασσον τὰ ξηρά. | ctæ aridæ inſperguntur.

ΠΕΡΙ ΣΚΙΡΡΩΘΕΝ-
τῷ σπληνός.
Κεφ. ρπη΄.

Εἰ δὲ φλεγμονὴ ἐπὶ σκιῤῥῶδες μεταπέσῃ, τοῖς ἰσχυροτέροις χρηστέον, ὥστε καὶ τὴν ἐπιφάνειαν ἀμύσσεσθαι, οἷόν ἐστι, ἀμμωνιακὸν σὺν ὄξει ἐπιχριόμενον κατὰ τοῦ σπληνός, καὶ πινόμενον, ὅσον ∠. α΄. ἐν λουτρῷ. ἢ καππάρεως φλοιὸν ὄξει λειώσας, καὶ καταπλάσας. καὶ ὁ τοῦ κενταυρίου χυλὸς ἔξωθεν ἐπιθέμενος, καὶ πινόμενος, ἢ χαμαιδρύος. ἢ σκολοπένδριον σὺν ὀξυμέλιτι πινόμενον. ἄλλο σπληνικὸν βοήθημα. μυρίκης καρποῦ δραχμ. δ΄. πεπέρεως δραχ. δ΄. ναρδοστάχυος δραχ. β΄. ἀμμωνιακοῦ δραχ. β΄. φύλλων καππάρεως δραχ.

DE LIENIS SCIR-
rho.
Cap. CLXXXVIII.

Verum vbi inflammatio in ſcirrhum degenerat, valentioribus vtendum erit, ita ut cutis ſumma exulcerentur, quale eſt ammoniacum ſpleni ex aceto illitū, vel ipſum quoq; a lotione ad drachmæ pondus in potu aſſumptum. Vel capparis cortex ex aceto tritus ad cataplaſmatis modū impoſitus, quemadmodum & centaurij & chamædryos ſuccus extrinſecus adhibitus. Scolopendriū præterea cum oxymelite bibitur. Aliud, quod ſpleni confert auxilium. Myricæ fructus, piperis ſingulorum drachmæ quatuor, ſpicæ nardi drachmæ duę, ammoniaci tantundem, capparis folio-

γ΄. ὄξους σκιλλητικοῦ τὸ ἀρκοῦν λειώσας ποίει τροχὸν, καὶ δίδου. ἔμπλαστρος ἥ τε κυπρίνη, καὶ ἡ οὐσία μέλαινα. γυμνάσια δὲ καὶ τρίψεις, καὶ σιναπισμοί. ἔσθ᾽ ὅτε δὲ καὶ σικύαι μετ᾽ ἐγχαράξεως.

rum drachmæ tres, aceti ſcillitis quantũ ſatis eſt, ſingula trita in paſtillum efformato & exhibeto. Emplaſtra vero conueniunt, & cyprinum & quod vſia nigra dicitur. Nouiſsimè exercitationes quoque & frictiones adhibendæ & ſinapiſmi, interdum & cucurbitæ ſine ſcarificatu admouendæ.

ΠΕΡΙ ΙΚΤΕΡΟΥ.

Κεφ. ρπθ΄.

DE MORBO REgio, qui *ἴκτερος græcè dicitur.*

Cap. CLXXXIX.

Ἴκτερός ἐστιν ἀνάχυσις χολῆς ἐν ὅλῳ τῷ σώματι, ἢ ὠχρᾶς, ἢ μελαίνης. καὶ γίνεται ὁ μὲν μέλας ἐπὶ ἐμφράξει τοῦ σπληνὸς, καὶ ἀναδιδομένου τοῦ μελαγχολικοῦ χυμοῦ εἰς τὴν ἐπιφάνειαν. ὁ δὲ ὠχρὸς ἐπὶ ἐμφράξει τῆς χοληδόχου κύστεως. γίνεται δὲ καὶ δι᾽ ἄμετρον θερμασίαν ἐκχολουμένου τοῦ αἵματος. γίνεται δὲ καὶ κριτι-

Morbus regius bilis vel flauæ vel atræ per totum corpus effuſio eſt. Arquatus igitur niger ex obſtructione lienis, et cũ humor melãcholicus ad cutis ſumma effertur, naſcitur. Qui vero à flaua bile eſt, originem ex veſicæ felleæ obſtructione trahit. Immoderata præterea cruditas, cum ſanguis bilioſior redditur, hunc morbum excitare poteſt.

Non-

κὸς ἴκτερος, ὅταν ἡ φύ-
σις ἀπὸ βάθους διώξῃ τὴν
χολὴν εἰς ἐπιφάνειαν.
γίνεται δὲ καὶ διὰ πόσιν
δηλητηρίου φαρμάκου, καὶ
διὰ ἰὸν ἔξωθεν ἰοβόλου.
τούτους καὶ ἀρχὰς φλε-
βοτομητέον, καὶ καθαρτέ-
ον. προποτιστέον δὲ τοὺς ἴκ-
τερικοὺς σελίνου ἀφέψη
μα, ἢ ἀδιάντου, ἢ λαπά-
θου, ἢ ἑρπύλλου, ἢ ἀψιν-
θίου. δίδου δὲ καὶ τὸ σπέρμα
τοῦ χρυσολαχάνου ὅσον
δραχ. α΄. μετὰ ὀῤῥογά-
λακτος, ἢ χρυσαττικοῦ,
ἢ ἀφεψήματι ἀριστολο-
χίας λεπτῆς, ἢ ὑπερι-
κοῦ, ἢ στρουθίου, ἢ ἐρυθροδά-
νου. δοτέον δὲ καὶ τὴν πι=
κρὰν δι' ὀξυμέλιτος, καὶ
τὸν διὰ πικρῶν ἀμυγ-
δάλων τροχὸν, καὶ τὴν θεο
δώρητον. ἢ κινναμώμου
δραχ. α΄. σὺν οἰνομέλιτι,
ἢ σμύρνης κυάμου μεγέ-
θος, μετὰ πεπέρεως ἴσου.

Nonnunquam morbus regius, in morborum iudicationibus apparet, cũ natura bilem è profundis corporis partibus ad summam cutem propellit. Fit quandoq; etiam è noxij medicamenti potu, & ob virus extrinsecus à venenato animali illatum. His igitur inter initia sanguinem mittere, & corpus purgare oportet, & in potu offerre decoctũ apij, vel Adianthi, vel rumicis, vel serpylli, vel absynthij. Præterea atriplicis semen, ad drachmæ pondus cum sero lactis, vel chrysattico, vel aristolochiæ tenuis decoctum, vel hyperici vel lanariæ herbę, vel erythrodani. Danda præterea picra cum oxymelite, & qui ex amaris amygdalis constat pastillus, & theodoretus. Vel cinnamomi drachma cũ vino mulso, vel myrrha

χολῆς ἢ οὔσης ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς, ἐλατήριον μετὰ γάλακτος γυναικείου ἔνσταζε τῇ ῥινὶ, ἢ κυκλαμίνου χυλὸν, ἢ μελάνθιον σὺν ὄξει. καταπλαστέον δὲ τὸ σπλάγχνον τοῖς ἐμφράττουσιν, οἷον ἐστι, ἀψίνθιον, κενταύριον, χαμαίδρυς, χαμαιπίτυς, ἀριστολοχία σὺν κριθίνῳ, καὶ τηλίνῳ, καὶ λινόσπερμον.

fabæ magnitudine, cum pari piperis portione. Cũ vero bilis in oculo apparuerit, elaterium ſeu ſuccum cucumeris aſinini, cum muliebri lacte naribus inſtillato, vel cyclaminis ſuccum, uel nigellam cũ aceto. Cataplaſmata vero viſceri quę obſtruunt ſunt imponenda, ex abſinthio, centaurio, chamædri, chamępyti, ariſtolochia cum farina hordeacea & fœnugræci & lini ſemine.

ΠΕΡΙ ΕΞΟΜΦΑΛΟΥ.

Κεφ. ρϙ΄.

Στυπτηρίας σχιστῆς δραχμ. ε. τρυγὸς οἴνου δραχ. η. ῥόδων δραχ. ε. κηκίδων δραχ. γ΄. οἴνῳ λειώσας, ἐπιτίθει. ἔξωθεν ἐπιτιθέμενος σπόγγον ἐξ ὀξυκράτου, καὶ ἐπιδεσμῶν. ἄλλο. κηκίδων, βαλαυστίων, σιδίων,

DE VMBILICO *prominente.*

Cap. CXC.

Aluminis ſciſsilis drachmæ quinque, fæcis vini drachmæ octo, roſarum drachmę quinque, gallarum drachmæ tres, ex vino tritæ inducuntur. Extrinſecus vero ſpõgia ex poſca, ſuperimponitur et alligatur. Aliud. Gallæ, balauſtium, malicorium,

cupreſsi

σφαίρας κυπαρίσσου χλωρὰς σὺν οἴνῳ λειώσας, ἐπιτίθει. κωνίου, μάννης, ψιμμυθίου, ὑποκυστίδος χυλοῦ ἀνὰ δραχ. α΄. σὺν οἴνῳ ἐπιτίθει.

cupreſsi globuli virides cum vino triti imponuntur. Quemadmodum cicutæ quoq;, mannæ, ceruſſæ, hypocyſtidis ſucci ſingulę drachmę cum vino in vſum adhibentur.

ΠΕΡΙ ΒΟΥΒΩΝΟΚΟΙΛΗΣ, καὶ ἐντεροκήλης, καὶ ὑδροκήλης.

Κεφ. ρϞα΄.

DE RAMICE INGVINUM, inteſtinorum & uentoſo.

Cap. CXCI.

Ανω μὲν κατὰ τοῦ βουβῶνος τοῦ ἐντέρου μένοντος, βουβωνοκήλη καλεῖται. ὑγροῦ δὲ πολλοῦ ἀθροισθέντος ἐν τῷ ὀρχέῳ ὑδροκήλη καλεῖται. σιδίων τοίνυν δραχ. ι΄. καὶ ὑποκυστίδος χυλὸν σὺν οἴνῳ λειώσας ἐπιτίθει, προαναβάσας τὸ ἔντερον, καὶ τριγώνῳ ἐπιδέσμει, ἐπίλυε δὲ διὰ ἡμερῶν ε΄. ἄλλο. κυπαρίσσου σφαιρῶν οὐγ. α΄. κηκίδος οὐγ. α΄. σιδίων οὐγ. ς΄. ταυροκόλ-

Quando inteſtinum ſupra in inguine iacet, βουβωνοκήλη à græcis, à noſtris ramex inguinis appellatur. Copioſiore vero humore in teſtibꝰ collecto, vitium græci ὑδροκήλην, noſtri aquoſum ramicem vocant. Malicorij igitur drachmæ decem, & hypocyſtidis ſuccus ex vino tritus imponitur, inteſtino tamē prius confricato, & trigono ligatur, & quinto diſſoluitur. Aliud. Cupreſsi globulorum, gallarum, ſingulæ

λης οὐγγ. γ΄. μάννης λιβάνου οὐγγ. ς΄΄. συμφύτου ῥίζης οὐγγ. ς΄΄. κοχλίων σὺν τοῖς ὀστράκοις οὐγγ. α΄. τὰ πρῶτα τρία σὺν οἴνῳ περιλειώσας, τὰ λοιπὰ ἐπίβαλλε. ἄλλο. ἀλόης, σιδίων, λιβάνου, ὑποκυστίδος χυλοῦ, κόλλης τεκτονικῆς, πίσσης, ἀσφάλτου, ἀνὰ οὐγγ. α΄. ς΄΄. οἴνου τὸ ἀρκοῦν. πρὸς ὑδροκοίλας. πεπέρεως κόκκοι ρ΄. δαφνοκόκκων δραχ. η΄. νίτρου δραχ. η΄. κηροῦ δραχ. μ΄. ἐλαίου τὸ ἀρκοῦν.

gulæ vnciæ, malicorij unciæ sex, glutinis taurini unciæ tres, mannæ thuris, radicis symphyti singulorum semuncia, cochlearum cum testis uncia. Ex his priora tria in uino læuigantur, & reliqua deinde adduntur. Aliud. Aloës, malicorij, thuris, succi hypocystidis, glutinis fabrilis, picis, bituminis, singulorum sescuncia, uini quod sufficit. Ad aquosum ramicē, qui hydrocœle dicitur. Piperis grana centum, baccarum lauri nitri singulorum drachmæ octo, ceræ drachmę quadraginta, olei quantum satis est.

ΠΕΡΙ ΔΙΔΥΜΟΥ, ΚΑΙ ὀσχέου φλεγμονῆς.

Κεφ. ρϙβ΄.

Τοῦ μὲν ὀσχέου φλεγμαίνοντος, ἐκ τῆς ἁφῆς τὴν πυράκτωσιν καὶ σκληρίαν διαγινώσκομεν. τοῦ

DE TESTICVLI ET *scroti inflammatione.* Cap. CXCII.

Interiore testium sinu, quem ὀσχεόν græci, nostri scrotum uocant, inflammato, feruorem & duritiem ex tactu internoscemus.

δὲ διδύμου φλεγμαίνοντος, οὐδὲ τῆς ψαύσεως ἀνέχονται, καὶ ἡ σκληρία κατὰ βάθος ὑπαντᾷ, καὶ πυρετὸς ἔσθ' ὅτε γίνεται. τούτους δεῖ φλεβοτομεῖν κατὰ τὸ σφυρὸν, καὶ καταπλάσσειν κυάμινον ἄλευρον, μετὰ σταφίδων ἐκγιγαρτισμένων. ἄλλο. κυμίνου, ἢ ἀσφοδέλου ῥίζαν ἑψήσας, καὶ λεάνας σὺν κριθίνῳ, κατάπλασσε. ἄλλο. λινόσπερμον σὺν ἑψήματι, ἢ τῆλιν ἐν μελικράτῳ, ἢ κρίνου ῥίζαν σὺν κριθίνῳ ἀλεύρῳ, καὶ ἑψήματι, ἢ ἠριγέροντα, ἢ κορίαννον μετὰ σταφίδων, ἢ ὑοσκυάμου φύλλοις σὺν ἀλεύρῳ, ἢ κολοκύνθης ὠμῆς ξέσματα σὺν ἀλεύρῳ. ἄλλο. ἐλαίου ῥοδίνου, κηροῦ πιτύνης ἀνὰ οὐγγ. γ΄. κυμίνου οὐγγ. α. ς΄΄. χρῶ δὲ τῷ ἀνήτῳ, καὶ τῷ διὰ χυλῶν ἐμπλάστρῳ.

mus. Vbi vero teſticulus fuerit inflammatus, tum ne tactum quidem ſuſtinent, & durities in profundo occurrit, & febris nonnunquam oritur. His igitur ſanguis ex talo mittendus, et cataplaſma imponendum ex farina fabacea cum vuis acinorũ expertibus. Aliud. Cuminum, vel haſtulæ regiæ radicem coctam, & cum farina hordeacea læuigatam inducito. Aliud. Lini ſemen cum ſapa, vel fœnugræcum cum mulſa, vel radicem lilij cum farina hordeacea & ſapa, vel ſenecionem, uel coriandrum cum uuis, uel alterci folia cum farina, uel cucurbitæ crudę ramenta cũ farina. Aliud. Olei roſacei, ceræ, reſinæ piceæ, ſingulorum unciæ tres, cumini uncia & ſemiſsis, utere & anetho, et quod à ſuccis Diachylon dicitur emplaſtro.

DE

ΠΕΡΙ ΓΟΝΟΡΡΟΙΑΣ, καὶ ὀνειρογμῦ. Κεφ. ρϟγʹ.

DE SEMINIS PROfluuio, & ueneris insomnijs. Cap. CXCIII.

Η γονόῤῥοια σπέρματός ἐστιν ἀκούσιος ἀπόκρισις, συνεχῶς γινομένη, χωρὶς τῆς κατὰ τὸ αἰδοῖον ἐντάσεως. γίνεται δὲ δι' ἀσθένειαν καθεκτικῆς δυνάμεως. τούτους δεῖ ἐμβρέχειν τὸ ὄσχεον, καὶ σκέπειν δι' οἴνου, καὶ μηλίνου, ἢ οἰνανθίνου ἐλαίου, καὶ καταπλάσσειν τοῖς διὰ φοινίκων καὶ μήλων, οἰνάνθης τὲ, καὶ ἀκακίας, καὶ ὑποκυστίδος, καὶ κηκίδων. ἐγκαθέζειν δὲ εἰς ἀφέψημα σχοίνου, καὶ βάτου, καὶ ῥόδων, καὶ μυρσίνης, καὶ τῶν τοιούτων. τροφὰς δὲ ἀναξηραντικὰς προσφέρειν, καὶ γυμνάσια ἄμετρα.

Gonorrhœa seminis est inuita excretio, quæ continuo absque tamen pudēdi seu obscænarum partium tensione durat. Fit ex facultatis retentricis imbecillitate. His igitur scrotū irrigare oportet, & ex uino, oleo melino, & œnanthino tegere. Præterea cataplasmatis uti oportet, ex palmulis & malis cotoneis, œnanthe, acacia, hypocystide, & gallis. Insidere denique oportet in decoctione iunci odorati rotundi, rubi, rosarum, myrthi & similibus, & cibos offerre exiccantes, & exercitijs uehementioribus uti.

ΠΕΡΙ ΠΡΙΑΠΙΣΜΟΥ. Κεφ. ρϟδʹ.

DE PRIAPISMO. Cap. CXCIIII.

Πριαπισμός ἐστιν ἐν-

Priapismus est tensio puden-

τασις τοῦ αἰδοίου, εἰς μῆκος ὀγκουμένου ἀκουσίως. γίνεται δὲ ὑπὸ φυσώδους πνεύματος, ἐξογκοῦντος τὸ μόριον. ἐκτόμβον τὸ πνεῦμα ἐξ ὑγρῶν, γλίσχρων, καὶ παχέων χυμῶν ὑπὸ θερμότητος μετρίας. τούτους δεῖ ποτίζειν ἀφέψημα νυμφαίας βοτάνης, καὶ τοῦ ἄγνου σπέρματος, καὶ πήγανον χλωρὸν ἐσθίειν, καὶ πίνειν. ἀγαθοὶ δὲ καὶ οἱ ἔμετοι, καὶ γυμνάσια, καὶ τρίψεις πρὸς τὴν τῶν πνευμάτων διαφόρησιν.

pudendi cum præter uoluntatem in longum latumq; intumescit. Fit ex flatulento spiritu, qui in tumorem attollitur, et ab imbecillo calore ex humidis, uiscidis, & crassis succis generatur. His in potu nympheæ herbæ decoctum dare oportet, & niticis seminis, & rutam uiridem in cibo & potu offerre. Vtilis etiã est uomitus, & exercitationes, & frictiones denique ad flatuum discussionem.

ΠΡΟΣ ΤΑ ΕΝ ΑΙΔΟΙΟΙΣ ἕλκη.

Κεφ. ρϟε΄.

Χάρτος κεκαυμένος λεῖος, ἢ κολοκύνθη κεκαυμένη, προβρέξας οἴνῳ τὸ αἰδοῖον, ἐπιπάσσεται, ἢ τὸν διὰ χάρτου τροχόν. ἢ ἀλόη λεία ἐπιπασσομένη, ἢ πομφόλυξ. εἰ δὲ

AD COLIS VLcera.

Cap. CXCV.

Charta combusta cõtrita, & cucurbita concremata, uino prius pudendo absterso, inspergitur, uel qui ex charta est pastillus. Eodem modo aloë quoq; trita, & pom-

pholyx

ὑγρότερα εἰσὶ τὰ ἕλκη, ἐπίπασαι πίτυος φλοιὸν λεῖον, ἢ λίθον αἱματίτην. εἰ δὲ νομῶδές ἐστι τὸ ἕλκος, κατάπλαττε φακὴν μετὰ σιδίων δι᾽ ὀξυμέλιτος. χρηστέον προχίσκοις τῷ τε διὰ χάρτου, καὶ τῷ βιθυνῷ.

pholyx inspersæ applicantur. Si uero ulcera humidiora fuerint, piceæ corticem, in puluerem redactum, uel lapidem hæmatiten inspergito. Si uero ulcus depascendo serpit, lenticulam cum malicorio ex oxymelite inducito. Pastillis postremo, & eo qui ex charta est, & bythino utendum.

ΠΕΡΙ ΡΑΓΑΔΩΝ.

Κεφ. ρϟϛ'.

DE SEDIS NATVRALIUMQ; rimis, quas Græci ῥαγάδας uocant.

Cap. CXCVI.

Ῥαγάδας δὲ τὰς ἐν αἰδοίοις καὶ ἕδρα ὠφελεῖ ῥητίνη φρυκτὴ, σὺν ῥοδίνῳ λειωθεῖσα. ὠὸν, ὄπιον, ἢ κισσοῦ φύλλων ξηρῶν ἢ τέφρα, σὺν ῥοδίνῳ λειουμένη, ἐν μολυβδαίνῃ θυίᾳ προσφερέσθω. ἄλλο. καδμίας κεκαυμένης οὐγγ. β'. ῥόδων οὐγγ. ϛ'. ἐπίπασσε, προαπονίπτων οἴνῳ. ἄλλο. λιθαργύρου οὐγγ.

Rimas partium obscænarum & sedis resina fricta, & cum oleo rosaceo trita iuuat, ouum item, opium, uel hæderæ foliorum combustorũ cinis, cum rosaceo tritus, & in plumbea pila admotus. Aliud. Cadmiæ combustæ unciæ duæ, rosarum unciæ sex, inspergito, uino prius absterso. Aliud. Argenti spumæ unciæ tres,

γ΄. καδμίας οὐγ. β΄. ψιμυθίου οὐγ. β΄. λιβάνου οὐγ. α΄ ς΄΄. ῥοδίνου καὶ οἴνου τὸ ἀρκοῦν. πρὸς δὲ κονδυλώματα. χαλκίτεως, ὑσσώπου, μυελοῦ ἐλαφείου, βάτου φύλλων μετ᾽ ἐλαίου ἴσα. πρὸς δὲ φλεγμονὴν αἰδοίου. ἀμπέλου φύλλων ἁπαλῶν δραχ. α΄. ψιμυθίου δραχ. ε΄. λειώσας, κατάπλασσε. ἄλλο. ἀείζωον σὺν ψιμυθίῳ, καὶ ὠῶν πυρὰ κατάπλασσε. καταύτλει δὲ θάλασσαν ψυχράν.

tres, cadmiæ unciæ duæ, cerussæ tantundem, thuris uncia una & semissis, rosacei & vini quantum satis est. Ad condylomata. Chalcitidis, hyssopi, medullæ ceruinæ, rubi foliorum pares portiones cum oleo applicātur. Ad inflammationē colis, vitis foliorum tenerorum drachma, cerussæ drachmæ quinq;, tritæ obducuntur. Aliud. Sempervivum cum cerussa & ouorum lutea ad cataplasmatis modum imponuntur. Marina etiam aqua superinfusa confert.

ΠΡΟΣ ΘΥΜΟΥΣ ΤΟΥΣ ἐν αἰδοίοις.

Κεφ. ρϟζ΄.

Τέφρα κλήματος σὺν ὄξει καταπλασσομένη. ἢ ἰτέας φλοιοῦ τέφρα, ἢ ἐλατήριον μεθ᾽ ἁλῶν, ἢ σῦκα ἄγρια μετ᾽

DE CARNOSIS NAturalium excrescentijs, quas *θύμους* Græci uocant.

Cap. CXCVII.

Cinis palmitum cum aceto cataplasmatis modo illitus, item salicis corticis cinis, uel elaterium cum sale, uel grossi cum

ὄξους ἐπιτιθέμενα, ἢ σμαρίδος κεφαλὴ ταριχηρὰ καυθεῖσα μετὰ θείου ἀπύρου ἴσου, ἢ ὀπὸς συκῆς χριόμενος, ἢ ἡλιοτρόπιον σὺν οἴνῳ κατάπλασσε.

aceto impositi, aut smaridis caput salsum crematum, cum pari sulphuris ignem non experti pondere, liquor item fici illitus, uel heliotropium cataplasmatis modo applicatum.

ΠΡΟΣ ΦΛΕΓΜΟΝΗΝ ἕδρας.

Κεφ. ρϟη΄.

Ψιμυθίου δραχ. δ΄. πομφόλυγος οὐγγ. α΄. καδμίας, λιβάνου ἀνὰ οὐγγ. α΄. ἰντίβου χυλοῦ, καὶ ῥοδίνου τὸ ἀρκοῦν. ἄλλο. ψίχας, κρόκον, ὄπιον λειώσας σὺν γάλακτι ἐπιτίθει. ἄλλο. κρόκα ὠῶν ἑφθά, ὄπιον, κρόκον, ψύλλιον λειώσας σὺν ἑψήματι ἐπιτίθει. ἄλλο. ὑοσκυάμου φύλλων, ψιχῶν, ῥοδίνου ἴσα λειώσας ἐπιτίθει. ἄλλο πρὸς ῥαγάδας. λιθαργύρου οὐγγ. γ΄. στυπτηρίας ∠.

AD ANI INFLAMmationem.

Cap. CXCVIII.

Cerussæ drachmę quatuor, pompholygis, cadmiæ, thuris, singulæ vnciæ, succi, intibi & rosacei quantum satis est. Aliud. Micam, crocum, opium, trita cum lacte imponito. Aliud. Lutea ouorum cocta, opium, crocum, psylium, trita cum sapa inducito. Aliud. Alterci foliorum, micæ, rosacei, singulorum pares portiones tritę eodē modo applicantur. Aliud ad rhagades. Argenti spumæ vnciæ tres, alumi-

α΄. χοιρείου στέατος τὸ ἀρκοῦν. ἄλλο. πίσσης, κηροῦ, στέατος χοιρείου, μάννης λιβάνου ἴσα τήξας, χρῶ.

nis ſciſsilis drachma, adipis ſuilli quod ſufficit. Aliud. Picis, ceræ, adipis ſuilli, mannæ, thuris, paribus portionibus ſimul contuſis utitor.

ΠΡΟΣ ΕΞΟΧΑΔΑΣ.

Κεφ. ρϙθ΄.

AD EXCRESCENtias ani.

Cap. C XCIX.

Φλεγμαινόντων τῶν ἐξοχάδων, ποιεῖ, ψιμυθίου οὐγ. γ΄. λιθαργύρου οὐγ. β΄. μαστίχης οὐγ. γ΄. πομφόλυγος οὐγ. α΄. ὑοσκυάμου χυλοῦ τὸ ἀρκοῦν, καὶ ῥοδίνου. ἀποφλεγμάντων δὲ ὄντων, κυπαρίσσου σφαίρια καυθέντα, καὶ λειωθέντα ἐπίπασσε, οἴνῳ προαπονίπτων. ἢ φοινίκων ὀστῶν τὴν τέφραν, ἢ λεπύρων ὠῶν. κατάπλασσε, ἢ μελάνθιον λειώσας, κατάπλασσε. ἄλλο. ἐλαίας ὀστᾶ καύσας, καὶ κολοκύνθην καύ=

Ad ani excreſcentias inflammatas hoc facit, ceruſſæ unciæ tres, argenti ſpumæ unciæ duæ, maſtyches unciæ tres, pompholygis uncia, ſucci alterci quantum ſatis eſt, cui roſaceum quoq; adijciatur. Si uero inflammatione carent, cupreſsi globulos combuſtos, & in pollinē redactos, inſpergito, uino tamē prius abſterſos, uel dactylorum oſsium cinerem uel teſtarum ouorum, & nigellā tritam ad cataplaſmatis modum inducito Aliud. Oliuæ oſſa combuſta, &

σας ὁμοῦ, λειώσας ἐπί=
πλασσε.

cucurbitæ crudæ, concre
mata, contrita applicato.

ΠΡΟΣ ΑΙΜΟΡΡΟΙΔΑΣ ἐνέδρα.

Κεφ. σ΄.

DE HAEMORRHOIDIBUS.

Cap. CC.

Τὰς μὲν οὖν τυφλὰς αἱμοῤῥοΐδας ἀναστομεῖ κυκλαμίνου χυλὸς καταχριόμενος. πρὸς δὲ ἀμέτρως κινουμένας, πυρία δι' ἀφεψήματος μυρσίνης, βάτου, ῥοῦ, κηκίδων, ῥόδων, σιδίων, βαλαυστίων, στυπτηρίας. ἄλλο. κηρίου μελαντηρίας δραχμ. γ΄. λιθαργύρου δραχ. β΄. κηκίδος δραχ. α΄. μύσιος δραχ. α΄. σέρεως δραχ. α΄. προπυριάσας ἐπίπασσε ξηρόν. ἄλλο. μίσυος κεκαυμένου οὐγ. γ΄. λειώσας, χρῶ. χαλκίτιδος οὐγ. δ΄. σέρεως οὐγ. β΄. χρῶ.

Cæcas itaque hæmorrhoides reserat cyclaminis succus illitus. Ad eas uero quæ immoderatius profluunt, fomentum ex myrthi decocto, rubi itē, rhois, gallarum, rosarū, malicorij, balaustij, aluminis facit. Aliud. Cretæ sutoriæ drachmæ tres, argenti spumæ drachmæ duæ, gallarum, mysios, sereos, singulæ drachmę. Hæc pro fomento primū adhibentur, et deinde sicca insperguntur. Aliud. Mysios combusti unciæ tres, trito utitor, chalcitidis vnciæ quatuor, sereos unciæ duæ, utitor.

ΠΡΟΣ ΕΔΡΑΣ ΠΡΟ-πιπτούσας.
Κεφ. σα΄.

Κηκίδος, ψιμυθίου, ἐρίκης καρποῦ, ἀκακίας, βώλου ἴσα λεῖα προβρέξας οἴνῳ ἐπίπασσε. ἄλλο. τὸ οὖρον αὐτοῦ τοῦ νοσοῦντος ἔτι θερμὸν προσαντλούμενον, ὠφελεῖ. ἄλλο. κοχλίας καύσας, καὶ λειώσας σὺν λιβάνῳ, ἐπίπασσε. ἄλλο. χελώνης ὄστρακον καύσας ἐπίπασσε. ἢ ὄστρεα κεκαυμένα σὺν ῥοδίνῳ λειώσας, ἐπίπασσε. ἄλλο. κηκίδων, σιδίων, ῥοῦ, λιβάνου ἀνὰ δραχ. γ΄. λιθαργύρου δραχμ. γ΄. ἀκακίας τὸ ἴσον ἐπίπασσε.

AD PROCIDEN-tem anum.
Cap. CCI.

Gallarum, cerussæ, ericæ fructus, acaciæ, boli, singulorum par pondus, uino prius abstersis, tamen inspergitur. Aliud. Vrina ipsius ægri adhuc calida affusa, iuuat. Aliud. Cochleas comburito, & in puluerem redactas cum thure inspergito. Aliud. Testudinis cutem combustam inspergito, uel ostreas combustas, & cum rosaceo tritas eodem modo applicato. Aliud. Gallarum, malicorij, rhois, thuris, argenti spumę singulorum vnciæ tres, acaciæ par pondus inspergito.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΚΑΤΑ ΤΗΝ μήτραν παθῶν, καὶ πρῶτον περὶ ἐποχῆς ἐμμηνίων.
Κεφ. σβ΄.

Η ἐπιμήνιος κάθαρ-

DE VTERI AFFE-ctibus, & primum de mensium suppreßione.
Cap. CCII.

Menstrua purgatio mu

σις ἐπέχεται ταῖς γυναιξὶ, ποτὲ μὲν δι' ἔμφραξιν, ἢ μύσιν τοῦ στομίου, ἢ σκολίωσιν τοῦ τραχήλου τῆς μήτρας. μὴ κωλυούσης τοίνυν ἡλικίας, ἢ ἕξεως, φλεβοτομητέον, καὶ καθαρτέον διὰ τῆς κολοκυνθίδος ἱερᾶς. ἔπειτα πρὸ τοῦ καιροῦ τῆς καθάρσεως ὀλίγον προποτιζέσθωσαν σμύρνην τρογλωτίδα ὅσον κυάμου μέγεθος σὺν οἴνῳ, ἢ καστόριον διὰ μελικράτου, ἢ ἀφέψημα ἀρτεμισίας, ἢ ἐλελισφάκου μετὰ τὸ λουτρὸν εὐθέως. παρελθούσης δὲ τῆς προθεσμίας, ἀπὸ σφυροῦ φλεβοτομητέον, καὶ πάλιν τῇ ἱερᾷ χρήσθω καθάρσει. ποτιστέον δὲ ἶριν ἰλλυρικὴν, ἢ ἀσάρου ῥίζαν, καὶ κασσίαν, καὶ δικτάμου ἀφέψημα, πάντα μετ' οἴνου ἑψώμενα, καὶ πινόμενα.

lieribus ſupprimitur, interdum ob obſtructionē, uel cum uuluæ oſtiolum conniuet, uel tranſpiratio impeditur in ceruice matricis. Itaq; ſi ætas nō prohibet, aut habitus, venam oportet incidere, & hiera Diacolocynthidos purgari debent. Deinde paulo ante purgationis tempus potui dāda myrrhæ troglodytis, fabæ magnitudine, cum uino, uel caſtoreum ex mulſa, uel artemiſiæ decoctum, uel ſaluiæ ſtatim à balneo. Sed ubi iam tempus ſtatutū præterierit, è talo ſanguis mittēdus, & rurſus hiera purgari debent. Potui uero danda iris illyrica, aſari radix, caſsia, dictamni decoctum, ſingula in uino cocta et ebibita. Infra uero myrrha ſubijciatur, itē abſinthij ſuccus, & rutæ, bdellium preterea, ariſtolochia lōga, ueratrum, ſcammonium.

προσθέτω ἢ κάτω σμύρνα, ἀψινθίου χυλὸς, πηγάνου χυλὸς, βδέλλιον, ἀριστολοχία μακρὰ, ἐλλέβορος, σκαμμωνία. ταῦτα ὑποβαλλόμενα ἄγουσιν ἔμμηνα, καὶ ἔμβρυα. καὶ σικύας κολλητέον τοῖς βουβῶσι, καὶ τῷ ἐπιγαστρίῳ, καὶ πεσσοὺς θερμαντικούς.

nium. Hæc ex parte inferiore in uterũ indita menses ducunt, & fœtum eliciunt. Cucurbitulas item inguinibus, summoque uentri, & pessos calefaciendi ui præditos, admouere oportet.

ΠΕΡΙ ΥΠΕΡΚΑΘΑΡΣΕΩΣ, καὶ αἱμοῤῥαγούσης ὑστέρας.

Κεφ. σγ'.

Γίνεται ὑπερκάθαρσις ταῖς γυναιξὶ, ποτὲ μὲν τῶν καταμηνίων ἐπιτεινόντων, καὶ ἀθροώτερον φερομένων, ποτὲ δὲ ἐξ ἀμβλώσεως, καὶ αἱμοῤῥαγοῦσιν ἰσχυρῶς, ὡς πολλάκις κίνδυνον γίνεσθαι. καὶ δεῖ μὲν πρῶτον τρίβειν, καὶ διαδεσμεῖν τὰ κῶλα ἀπό τε μασχαλῶν, καὶ βουβώνων, καὶ διδόναι πίνειν

DE IMMODERATA *purgatione uteri & sanguinis profluuio.*

Cap. CCIII.

Immodica purgatio in mulieribus accidit, cum menstrua uel intenduntur, uel confertim feruntur, uel ex abortu, & tum uehementi laborant profluuio, ita ut sæpenumero periclitentur. Imprimis igitur extremi artus ab alis & inguinibus deligandi sunt, & posca in potu offerenda, & superfundenda, & imus uenter ex uino, rosaceo, meli-

ὀξύκρατον, καὶ περιαν-
τλεῖν. ἐμβρέχειν δὲ τὸ ὑ-
πογάστριον ἐξ οἴνου, καὶ ῥο-
δίνου, ἢ μηλίνου, ἢ μυρσί-
νου. τροφὴν δὲ διδόναι τὴν
στύφουσαν. ποτιστέον δὲ ὑ-
ποκυστίδος χυλὸν, ἢ ἀ-
κακίαν, ἢ ὄμφακος ξη-
ρὸν, ἢ ῥέον, ἢ σίσαμον ἐσθί-
ειν ἐκ ὀξυκράτου. ἢ σά-
μιον ἀστέρα, ἢ λημνίαν.
ταῦτα σὺν ὀξυκράτῳ
προσφερόμενα, τὰ γυ-
ναικεῖα στέλλει. ὑποκυ-
στίδος χυλὸν, ἢ ἀκακίαν,
ἢ πολυγόνου χυλὸν, ἢ ἀρ-
νογλώσσου. ἐπιθέματα
δὲ διὰ φοινίκων καὶ κυ-
δωνίων, προσεπιβάλλων
σίδια, βαλαύστια, κηκί-
δας, μυρσίνην, ἀκακίαν,
ὑποκυστίδα, βάτον, σχοῖ-
νον, στυπτηρίαν. ἔμπλα-
στροι δὲ, ἥτε δι' ἰτεῶν, καὶ
ἡ ἱκέσιος. πεσσοῖς δὲ χρη-
στέον. στυπτηρίας σχιστῆς, κη-
κίδος τὸ ἐντὸς, ἀκακίας

no, & myrtheo oleo fo-
uendus, cibus ſit aſtrin-
gens, in potu uero hypo-
cyſtidis ſucco vtatur, vel
acacia, uel omphaciū ari-
dum, uel rheum uel ſeſa-
mum, & ex poſca, uel ſa-
mium, aſterem, uel lem-
niam aſſumant. Preterea
quæ ſequuntur pari mo-
do ex poſca in uſum adbi
bita, menſes ſiſtunt, vt eſt
acacia. polygoni, uel plā-
taginis ſuccus. Epithema
ta ſint ex palmulis et ma-
lis cotoneis, adiectis in-
ſuper malicorio, balau-
ſtio, gallis, myrtho, aca-
cia, hypocyſtide, rubo,
iunco odorato, alumine.
Emplaſtra conueniunt,
& quod è ſalicibus con-
ſtat, & iceſium, peſsis de-
niq; utendum, aluminis
ſciſsi, gallarum, interio-
ris, acaciæ quod ſufficit.
Præterea cucurbitulæ le-
ues mammis admouen-
dæ, & inſeſſus adhiben-
di, ex decocto iunci odo-
rati,

τὸ ἀρκοῦν. καὶ σικύας κού-
φας κατὰ τοὺς μαζοὺς,
ἤγουν τίθει, ἐγκάθιζε εἰς
ἀφέψημα σχοίνου, μυρ-
σίνων, ῥόδων, ῥάμνου, βά-
του, κυπαρίσσου. ἐγχυμά-
τιζε δὲ διὰ μητρεγχύτου
ἀρνογλώσσου χυλὸν, ἢ
πολυγόνου, ἢ στρύχνης, ἢ ὑποκυστίδος, ἢ ἀκακίας,
ἢ περδικίας.

rati, myrthi, rosarum, rhamni, rubi, cupressi, insuper per uterinum clysterē infundito plātaginis succum, vel polygoni, uel solani, uel hypocystidis, uel acaciæ, uel perdicij herbæ.

ΠΕΡΙ ΓΥΝΑΙΚΕΙΟΥ
ῥοῦ.
Κεφ. σδʹ.

Ο γυναικεῖος ῥοῦς ῥευματισμός ἐστι τῆς ὑστέρας ἐξ ὅλου τοῦ σώματος. τοιαύτην δὲ τὴν ἰδέαν ἔχει τὸ κενούμενον, οἷον καὶ τὸ πλεονάζον. τὸ μὲν ἐρυθρὸν ἀπὸ αἵματος, τὸ δὲ λευκὸν ἀπὸ φλέγματος. ὠχρὸν δὲ τὸ πικρόχολον. μέλαν δὲ τὸ μελαγχολικώτερον. ταύταις ἁρμόζει τρίψις ὅλου τοῦ σώματος, καὶ διουρη-

DE FLVORE MVliebri.
Cap. CCIIII.

Fluor muliebris destillatio est uteri è toto corpore. Eandem autem formam habet id quod excernitur, quam id quod exuperat, aliud enim rubrum à sanguine, aliud album à pituita, flauum aliud à flaua, quemadmodum atrum ab atra bile apparet. His itaq; frictiones totius corporis conueniunt, & medicamenta quæ urinam mouent, quale est apij & asari uel

τικὰ φάρμακα διδόναι, οἷον σελίνου, καὶ ἀσάρου, ἢ ἀδιάντου ἀφέψημα. κενοῦν δὲ καὶ διὰ γαστρὸς ὅλον τὸ σῶμα, κατὰ τὸ πλεονάζον αἴτιον. διδόναι δὲ πίνειν ἀνδράχνης χυλὸν, ἢ βαλαύστιον, ἢ βάτου τὸν καρπὸν, ἵππουριν, ὑποκυστίδα, σχίνου καρπὸν, σάμιον ἀστέρα, λημνίαν σφραγίδα, κοράλλιον, αἱματίτην λίθον, πυτία λαγωοῦ, μύρτα, ὄμφακα ξηρὸν, καὶ ὅσα ἐπὶ τῆς αἱμορραγίας τῆς ὑστέρας εἴρηται ἐν τῷ πρώτῳ κεφαλαίῳ.

adianthi decoctum, danda. Totum præterea corpus per infimam aluum euacuandum est, ratione habita causæ exuperantis. In potu præterea dandus portulacę succus, uel balaustium, uel rubi fructus, equisetum item, hypocystis, lentisci fructus, samius aster, lemnium sigillum, corallũ, lapis hæmatites, coagulum leporis, myrthus, omphaciũ siccum, & quæcunq; supra primo capite, de sanguinis profluuio ex utero dicta sunt.

ΠΕΡΙ ΦΛΕΓΜΟΝΗΣ ὑστέρας.
Κεφ. σε΄.

Η φλεγμονὴ τῆς ὑστέρας διὰ πολλὰς αἰτίας γίνεται. καὶ γὰρ ἐκ πληγῆς, ἢ ἐποχῆς ἐμμηνίων, ἢ ἀπὸ ψύξεως, καὶ πνευμα-

DE INFLAMMATIONE *uteri.*
Cap. CCV.

Inflammatio uteri pluribus ex causis fit, modo enim ex ictu & mensium suppresꝭsione, modo ex frigore & inflatione, interdum

τώσεως, ἢ ἐξ ἀμβλώσεως, καὶ τοκετῶν διὰ κακὴν κύησιν. παρέπεται δὲ αὐτῇ πυρετὸς ὀξὺς, καὶ ὀδύνη τῆς κεφαλῆς, καὶ τῶν ὀφθαλμῶν, καὶ στραγγουρία. καὶ δεῖ ἐπὶ τούτων ἐμβροχαῖς κατὰ τοῦ ἤτρου διὰ οἰνοροδίνου χρῆσθαι. εἶτα φλεβοτομητέον ἀπ' ἀγκῶνος, καὶ καταπλαστέον γύρεω ἀλεύρου, μετὰ λινοσπέρμου, ἢ τήλεως διὰ μελικράτου, ἐν ᾧ κωδίαι ἀφεψήθησαν. ἢ μελίλωτον, καὶ ψύλλιον σὺν λεκίθοις ὠῶν ὀπτῶν, καὶ ῥοδίνου κατάπλαττε. ἔπειτα κηρωτὴν ναρδίνην, ἢ κυπρίνην ἐπιτίθει. ἐγκαθισμοῖς χρηστέον δι' ἀφεψήματος τήλεως, λινοσπέρμου, μαλάχης, ἀρτεμισίας, ἐλαίου. ταῦτα χλιαρὰ ἔστω. πεσσοῖς δὲ χρηστέον, στέατος χηνείου, ἢ ὀρνιθείου δραχμ. δ'.

terdum etiam ex abortu, & sinistra partus editione oritur. Hãc subsequuntur febris acuta, capitis dolor & oculorum, & urinæ stillicidium. Itaque in his fotibus in imo uentre ex uino & oleo rosaceo uti oportet, & sanguinem è cubito mittere, & cataplasma admouendũ, ex polline farinaceo, cum lini semine, uel fœnugræci ex mulsa, in quo papaueris capita sint decocta, uel sertula campana & psylio, cum ouorum tostorum luteis & rosaceo. Denique ceratum nardinum quoq; & cyprinum imponendum, & insessus adhibendi tepidi, ex fœnugræci decocto, lini semine, malua, artemisia, oleo. Pessi uero utiles sunt. Adipis anserini uel gallinacei drachmę quatuor, cerati rosacei unciæ duæ, luteorum ouorum uncia, croci drachma,

myrrhæ

κηρωτῆς ῥοδίνης οὐγγ. β΄. ᾠῶν λεκίθων οὐγγ. α΄. κρόκου δραχμ. α΄. σμύρνης δραχ. ς΄΄. ὀπίου, δραχ. α΄. ἄλλο. ὀπίου δραχ. β΄. τήλεως χυλοῦ, γάλακτος, ᾠῶν λεκύθων ἑφθῶν τὸ ἀρκοῦν.

myrrhæ drachmæ semissis, opij drachma. Aliud. Opij drachmæ duæ, succi, fœnugræci, lactis, ouorum luteorum coctorum quantum satis est.

ΠΕΡΙ ΕΛΚΩΣΕΩΣ ὑστέρας.

Κεφ. σϛ΄.

Ελκοῦται πολλάκις ἡ ὑστέρα διὰ δυστοκίαν, ἢ ἐμβρυουλκίαν, ἢ φθορὰν, ἢ ἀπὸ φαρμάκων δριμέων, ἢ ὑπὸ ῥεύματος, ἢ ἐξ ἀποστήματος ῥαγέντος. ῥυπαροῦ μὲν ὄντος ἕλκους, πτισάνης χυλὸν μετὰ μέλιτος ἐγκλυστέον, ἢ μελίκρατον, ἑψημένης ἐν αὐτῷ τήλεως, ἢ μαλάχης, ἢ φακοῦ. πρὸς δὲ τὸ μᾶλλον ἀνακαθᾶραι, πρασίου, ἢ ὀρόβου, ἢ ἴρεως ἀφέψημα

DE VTERI EXVLceratione.

Cap. CCVI.

Vterus sæpe exulceratur, idque uel ob partum difficilem, uel fœtus extractionẽ uel corruptionem, uel ob medicamenta acria, uel fluorem aut abscessum ruptum. Cum igitur sordidum fuerit ulcus, ptisanę cremore cum melle, uel mulsa, in qua uel fœnugręcum uel malua uel lenticula sit decocta, abluito, & ut melius purgetur, marrubij, uel erui, uel iridis cum melle decocto. Pessus esto, crocus cum muliebri lacte

læui-

σὺν μέλιτι. πεσσὸς δὲ ἔσω
κρόκος λειούμενος μετὰ γυ-
ναικείου γάλακτος, εἶτα
ἀναληφθεὶς κηρωτῇ ῥοδί-
νῃ μετὰ χηνείου στέατος ἐγ-
χρίεται κροκύδι. καλὸν δὲ
καὶ τὸ δι' ὠῶν καὶ κρόκου,
καὶ ῥοδίνου, καὶ χηνὸς στέα-
τος, καὶ ἐλαφείου μυελοῦ
σκευαζόμενον. καταπλα-
στέον δὲ ἔξωθεν ἄρτον σὺν
οἰνομέλιτι, καὶ ἐλαίῳ, καὶ
ἀλθαίᾳ, καὶ τήλει, καὶ φοί-
νιξι. ἐὰν δὲ νομὴ ἐστὶ μετὰ
φλεγμονῆς, καὶ ἐνετέον
χυλὸν ἀρνογλώσσου, ἢ
στρύχνου, ἢ πολυγόνου,
πρῶτον μὲν καθ' ἑαυτά,
ὕστερον δὲ σὺν οἴνῳ αὐστη-
ρῷ. ἄνευ δὲ φλεγμονῆς τῆς
νομῆς οὔσης, ἐνετέον ἀφέ-
ψημα σιδίων, ῥόδων, κυ-
παρίσσου, σφαιρίων, μη-
λοκυδώνων, βάτου, μύρ-
του, σχίνου, δι' οἴνου στύφον-
τος. ὕστερον δὲ καὶ στυπτηρίαν,
ἀκακίαν, λύκιον, ὑποκυ-

læuigatus, & cerato rosa-
ceo exceptus, cum adipe
anserino inungitur lin-
teolo. Egregium uero est
etiam, quod ex ouis, cro-
co, rosaceo, adipe anseri-
no, & cerui medulla præ-
paratur medicamentum.
Extrinsecus uero ad mo-
dum cataplasmatis im-
poni debet panis ex uino
mulso, & oleo, althæa, fœ-
nugręco et palmulis. V-
bi autẽ pascendo serpunt
ulcera cum inflammatio-
ne, plantaginis quoque
succus, uel solani, uel her-
bæ sanguinalis, primum
per se, deinde cũ uino au-
stero iniÿci debet. Vbi ue-
ro ulcus citra tamen in-
flammationem serpit, de-
pascendo, malicorÿ, rosa-
rum, cupressi, globulorũ,
malorum cotoneorũ, ru-
bi, myrthi, lentisci ex ui-
no astringẽte, decoctum
in uterum ex parte infe-
riore dabitur. Nouissimè
alumen etiam, acacia, ly-

cium,

στίδα. ἐκ τῶν δὲ αὐτῶν ἀφεψημάτων ἔστωσαν καὶ ἐγκαθίσματα. ἐνετέον δὲ καὶ τὸ διὰ χάρτου, καὶ τὸ ἀνθηρόν.

cium, hypocyſtis, & ex his ipſis etiam decoctis inſeſſus parentur. Inijci quoque medicamen ex charta, & quod anthera dicitur, poteſt.

ΠΕΡΙ ΚΑΡΚΙΝΟΥ ΕΝ *μήτρᾳ.*

Κεφ. σζ'.

Οἱ ἐν τῇ μήτρᾳ καρκίνοι οἱ μὲν μεθ' ἑλκώσεως, οἱ δὲ χωρὶς ἕλκους συνίστανται. ἐπὶ μὲν τῶν ἀνελκόντων ὄγκος εὑρίσκεται περὶ τὸ στόμιον τῆς ὑστέρας, σκληρὸς, ἀνώμαλος, ὑπόπελιος, καὶ πονοῦσι βουβῶνας, καὶ ἐπιγάστριον. ἑλκωμένου δὲ ὄντος τοῦ καρκίνου πρὸς ταῖς ὀδύναις καὶ σκληρίαι καὶ ὄγκῳ διαβεβρωμένα, καὶ νομώδη εὑρίσκεται, ἐκκρίνει δὲ ἰχῶρα μέγαν. τοῦτο μὲν οὖν πάθος ἀνίατον Ἱπποκράτης ἀπε-

DE CANCRO *uteri.*

Cap. CCVII.

Cancrorum uuluæ alij cum exulceratione, alij uero citra eam oboriuntur, & in his quidem tumor in uuluæ oſtiolo reperitur, durus, inæqualis, prætumidus, inguinum præterea dolor, et ſummi uẽtris adeſt. Vbi uero exulceratus fuerit cancer, præter dolorem, duritiẽ & tumorem, ulcera eroſa & depaſcentia conſpiciuntur, magnamq́ue tenuis ſaniei copiam emittunt. Hunc affectum Hippocrates, ſanationem nõ recipere affirmauit, lenire tamen eos oportet in-

ſeſsi-

φήνατο. παρηγορεῖν δὲ ὅμως αὐτὰς ἐγκαθίσμασι τοῖς διὰ τήλεως, καὶ μαλάχης. ἢ ἀλθαία σὺν μελικράτῳ ἑψηθεῖσα, καὶ καταπλαττομένη σὺν ῥοδίνῳ. ἄλλο. ἰσχάδας, καὶ μελίλωτα, καὶ πήγανον, καὶ λίβανον κατάπλασσε, καὶ τὸ διὰ φοινίκων κατάπλασμα. μετὰ δὲ τοῦτο κηρωτὴν διὰ ῥοδίνου, ἢ μυρσίνου μετὰ φοινίκων. ἔσωθεν δὲ ἐγχυματιστέον γάλα γυναικεῖον, ἢ χυλὸς ἀρνογλώσσου χλιαρὸς, ἢ πολύγονον σὺν βραχεῖ λιβάνου. πεσσοὶ δὲ διὰ κρόκου, καὶ γυναικείου γάλακτος, καὶ ὀπίου, καὶ οἰσύπου. ἄλλο. λιθαργύρου, λιβάνου, οἰσύπου, στέατος χοιρείου, βουτύρου, κηροῦ, ῥοδίνου, ἀνὰ οὐγγ. β΄. ταῦτα ἀναλύσας βάλλε ἐν πέσσῳ.

ſeſsibus, ex fœnugræco & malua, aut althea in mulſa decocta, & cum roſaceo illita. Aliud. Carycas, melilotum, rutam, thus cum palmulis obducito, poſtea ceratum ex roſaceo & oleo myrtheo cum palmulis applicato, & intrinſecus muliebre lac, uel plantaginis ſuccũ tepidum, uel ſanguinalis herbæ cũ thuris momento, infundito. Peſsi uero conueniunt, qui ex croco, muliebri lacte, opio et lana ſuccida parantur. Aliud. Argenti ſpumæ, thuris, lanæ ſuccidæ, adipis ſuilli, butyri, ceræ, roſacei, ſingulorum unciæ duæ, diſſolutæ in peſſo inijciuntur.

ΠΕΡΙ ΣΚΙΡΡΟΥ, ΚΑΙ σκιῤῥώματος μήτρας.

Κεφ. σή.

Σκιῤῥοῦται ἡ μήτρα, φλεγμονῆς προηγησαμένης τὰ πολλά. τὸ δὲ σκίῤῥωμα περὶ τὸν τράχηλον τῆς μήτρας συνιστάμενον ὄγκος ἐστὶ μετ' ἀλγήματος συμμέτρου, καὶ παρέγκλισις ἐπὶ τὰ ἀντικείμενα. ταύτας φλεβοτομητέον, καὶ καθαρτέον διὰ τῆς ἀρχιγένους ἱερᾶς. καταπλάσματα δὲ διὰ ἰσχάδων, οἰσύπου, νίτρου, ἀψινθίου, καὶ σικύας μετὰ σχασμοῦ. μαλάγματα δὲ τό, τε πολυάρχιον, καὶ τὸ διὰ σπερμάτων, καὶ τὸ διὰ δαφνίδων. ἐγκαθίσματα δι' ἀφεψήματος ἰσχάδων, ἀρτεμισίας, γλήχωνος, ἀλθαίας. πεσσοὺς διὰ τερεβινθίνης, σμύρνης, ἴρε-

DE SCIRRHO ET *duritie uteri.*

Cap. CCVIII.

Scirrhum contrahit uulua, inflãmatione præcedente ut plurimũ. Durities uero quæ circa ceruicem uuluæ naſcitur, tumor eſt cum mediocri dolore, & uteri in oppoſita declinatione. In his igitur uenæ ſectio adhibenda, & ex hiera Archigenis purgandæ erunt, & cataplaſmata ex carycis, œſypo, nitro, & abſinthio, et cucurbitulæ, ſic ut cutis quoq; incidatur, admouendæ. Malagmata uero & polyarchion, & quod ex ſeminibus conſtat, & quod è lauri baccis conficitur, inſeſſus porrò ex decocto carycarum, artemiſiæ, pulegij, altheæ, pareatur. Peſsi uero ex terebinthina, myrrha, iride, œſypo, dropaces itẽ & naturalium balneorũ

uſus

ως, οἰσύπου. δρόπακάς τε, καὶ αὐτοφυῶν ὑδάτων χρῆσιν. πεσσὸς μαλακτικός. κηροῦ, ναρδίνου μύρου ἀνὰ οὐγγ. γ'. γλευκίνου, κυπρίνου ἀνὰ οὐγγ. β'. στέατος ἀρκτείου, χηνείου, βουτύρου, οἰσύπου, μυελοῦ ἐλαφίου, τερεβινθίνης ἀνὰ οὐγγ. α'.

ΠΕΡΙ ΕΜΠΝΕΥΜΑΤΩσεως μήτρας.
Κεφ. σθ'.

Ἐμπνευματοῦται ἡ μήτρα ἐκ ψύξεως, καὶ φθορᾶς, ἢ δυστοκίας, τοῦ στομίου μύσαντος, ἢ θρόμβου σφηνωθέντος. παρέπεται ὄγκος ἤτρου, καὶ τοῦ ὑπογαστρίου μετὰ σκληρίας καὶ πόνου. θεραπεύειν οὖν πρῶτον φλεβοτομία, καὶ ἐμβροχαῖς δι' ἐλαίου πηγανίνου. ἐγκαθίσμασι δὲ δι' ἀφεψήματος πηγάνου, καὶ γλήχωνος, καὶ-

vsus confert. Pessus emolliens. Ceræ, vnguenti nardini, singulorum vnciæ tres, gleucini, cyprini singulorum vnciæ duæ, adipis ursini, anserini, butyri, œsypi, medullæ cerui, terebinthinę, singulæ vnciæ.

DE INFLATIONE
uteri.
Cap. CCIX.

Inflatur vulua ex frigore, et fœtus corruptione, & difficili partu vuluæ ostiolo cõniuente, vel sanguinis grumo intus impacto. Hoc vitium tumor imi & summi ventris, cum duritie & dolore comitatur. His itaq; venę sectione primũ succurri oportet, & fotibus ex oleo rutaceo, insessibus item ex decocto rutæ, pulegij, artemisiæ, cassiæ, & similium, & cata-

ἀρτεμισίας, κασσίας, καὶ τοῖς ὁμοίοις. καταπλάσμασι δὲ διὰ σπέρματος σελίνου, κυμίνου, ἀνίσου, μαράθρου, ἄμεως, αἴρων ἀλεύρου. σικύαις τε κούφαις. χρονίζοντος δὲ τοῦ πάθους, καὶ καθάρσει χρηστέον διὰ τῆς πικρᾶς, καὶ ἱερᾶς. δρώπαξί τε καὶ σιναπισμοῖς. ἐπιθέματα δὲ τό, τε πολυάρχιον, καὶ τὸ διὰ σπερμάτων, καὶ τὸ διὰ δαφνίδων. πεσσοὶ δὲ διὰ πηγάνου καὶ μέλιτος, καὶ νίτρου, καὶ κυμίνου.

plaſmatis ex apij ſemine, cumino, aniſo, fœniculo, ammi & lolij farina, nouiſsimè cucurbitulis etiã ſine ferro. Vbi vero iam inueterauerit uitium, purgatione etiam ex hiera picra utendum, dropacibus item & ſinapiſmis. Epithemata ſunto, & polyarchion, & quod è ſeminibus, & quod è baccis lauri conſtat. Peſsi parentur ex ruta, melle, nitro, & cumino.

ΠΕΡΙ ΥΣΤΕΡΙΚΗΣ πνιγός.

Κεφ. σι'.

Ὑστερικὴ πνὶξ λέγεται, ὅταν ἐξαίφνης πέσουσα ἡ γυνὴ μὴ ἀναπνέει, ἀλλὰ νομίζεται νεκρὰ εἶναι. γίνεται δὲ ἢ ἐπὶ ἐποχῆς ἐμμηνίων, ἢ δι' ἐποχὴν σπέρματος, ἢ ἑτέρας ὕλης

DE SVFFOCATIONE *ab utero.*

Cap. CCX.

Suffocatio ab vtero dicitur, cum mulieri ſubito proſtratæ, ſpiritus retinetur, & mortua ueluti putatur eſſe. Modo autem ex mẽſium & ſeminis retentione, modo ex alia materia in utero, uel uaſis

σηπομένης ἐν τῇ μήτρᾳ, ἢ τοῖς σπερματικοῖς ἀγγείοις. ταύτας δὲ δεῖ ἀνατρίβειν, καὶ ἀναδεσμεῖν τὰ ἄκρα, καὶ προσφέρειν τὰ δυσώδη ὀσφραντὰ ταῖς ῥισὶν, οἷον καστόρειον, πίσσαν ὑγρὰν, κεδρίαν, ἔρια κεκαυμένα, καὶ κέρατον, καὶ σικύας κολλᾶν βουβῶσι, καὶ ὑπογαστρίῳ μετὰ φλογώσεως. αὐτὴν δὲ τὴν μήτραν τὰ εὐωδέστατα τῶν μύρων ἐγχεόμενα κατασπᾶν πέφυκεν. οἷον νάρδινον, μαλαβάθρινον. προσαγέσθω δὲ καὶ πταρμικὰ, διά τε καστορίου, στρουθίου, πεπέρεως. καὶ ἐμβοάτω τὶς αὐταῖς τραχυτέρᾳ φωνῇ. μετὰ δὲ τὴν ἕκτην ἡμέραν καθαρτέον διὰ τῆς κολοκυνθίδος ἱεράν. εἶτα δίδου τὸ καστόρειον πίνειν διὰ μελικράτου. προ φλεβοτομητέον δὲ πρὸ

ſis ſeminarijs putrefacta oritur. Has perfricare oportet, & extremas partes deligare, maribusque admouere quæ fœdioris ſunt odoris, qualia ſunt caſtorium, pix liquida, cedria, extinctum itē ex lucerna linamentum, & cornu, cucurbitulæ item in inguibus & ſummo uentre cum flamma ſunt defigendæ. Ipſam uero uuluā odoratiſsima unguēta infuſa deorſum trahere conſueuerunt, quale eſt nardinum, malabathrinum. Preterea ea quę ſternutamenta excitant, offerri debent, ex caſtorio, herba lanaria, pipere. Deinde inclamabit aliquis ipſas uoce aſperiuſcula. Sexto uero die elapſo, & hiera diacolocynthidis ſunt purgādæ. Potui etiam dandum eſt caſtorium ex mulſa, et ante omnia uena incidenda. Picra deniq; cum mulſa

πάντων. δίδου δὲ καὶ τὴν πικρὰν σὺν μελικράτῳ. δροπακισμοῖς δὲ καὶ σιναπισμοῖς χρηστέον, καὶ τοῖς δι' εὐφορβίου ἀκόποις. καὶ τὴν τῶν αὐτοφυῶν ὑδάτων χρῆσιν.

dari quoq; poteſt. Nouiſſimè dropaces quoq; & ſynapiſmi ſunt adhibendi, & ex euphorbio, acopa, balneæ quoque naturales ex uſu eſſe poſſunt.

ΠΕΡΙ ΠΡΟΠΤΩΣΕΩΣ ὑστέρας.

Κεφ. σια'.

DE VVLVAE PROcidentia.

Cap. CCXI.

Πρόπτωσίς ἐστιν, ὅταν ἐν τῷ τίκτειν ἀπὸ βίας προκύψῃ ἡ μήτρα, καὶ μένει οὕτω. καὶ δεῖ ἀναβιβάζειν ἅπαν τὸ προπεπτωκὸς, ἄχρις ὁ ὄγκος ἐν τῷ κόλπῳ γένηται. καὶ σκέπειν ἔξωθεν σπόγγῳ τὸ ἦτρον ἐξ ὀξυκράτου ἀποτεθλιμένου, καὶ σικύας κολλητέον εἰς ὀμφαλὸν, καὶ λαγόνας. καὶ ὀσφραντὰ προσενεκτέον εὐώδη. ἐν οἴνῳ δ' αὐστηρῷ ἑψήσας μυρσίνην, σχῖνον, σίδια, βαλαύστια, καὶ δι' ἐρίου, καὶ

Procidentia uteri uocatur, cũ ex uiolento partu naturalia prominent, & ita manent. Itaque totum quod procidit ſurſum agere oportet, quoad tumor in ſinu apparuerit. Extrinſecus uero imum uentrem ſpongia affuſa poſca tegere oportet, cucurbitulas itẽ umbilico, & ilijs admouere, & ea q̃ grato & iucundo ſunt odore offerre. Myrthus autẽ, lentiſcus, malicorium, balauſtium, ſingula in uino auſtero decocta, cum lana & ſpon-

ἀπόγῃ ἐντιθέσθω καὶ ἀκακία λεία σὺν οἴνῳ ἐκλυζέσθω. ἔξωθεν δὲ τὸ ὑπογάστριον καταπλαστέον διὰ φοινίκων, καὶ φακῆς, καὶ σιδίων, καὶ ἀλφίτων ἐν ὀξυμέλιτι.

gia imponantur, & acacia ipſa ex vino trita in vterum infundatur. Extrinſecus vero, imo ventri cataplaſmata ex palmulis, lenticula, malicorio, & polenta, ſic vt acetum mulſum adijciatur imponi debent.

ΠΕΡΙ ΜΥΛΗΣ.
Κεφ. σιβʹ.

Μύλη ἐστὶν ὅταν γυνὴ νομίζει ἐν γαστρὶ ἔχειν, καὶ μετὰ χρόνον τέκει ἀδιάπλαστον σάρκα, μηδὲ μορφὴν ἔχουσαν.

DE MOLA.
Cap. CCXII.

Molam appellant, cum mulier vterũ ſe ferre putat, & abſoluto geſtationis tempore carnem informem, & nulla prorſus humana ſpecie ædit.

ΓΕΡΙ ΚΙΤΤΗΣ.
Κεφ. σιγʹ.

Κίττη λέγεται ὅταν γυνὴ ἐν γαστρὶ ἔχουσα περὶ τὸν τρίτον, ἢ δεύτερον μῆνα ὀρέγηται παρὰ φύσιν τινῶν, οἷον ὀστράκων, λίθων, καὶ ἀνθράκων. οὐ δεῖ δὲ πρὸς

DE PICA.
Cap. CCXIII.

Pica nominatur, cum mulier uterum ferens, tertio uel ſecundo menſe, naturæ alienos cibos appetit, ut teſtudines, lapides, carbones. In hoc affectu nihil quicquam tentandum,

τοῦτο τὸ πάθος ποιεῖν τι· παύεται γὰρ προκόπτοντος τοῦ χρόνου. γίνεται δὲ ἀπὸ ἀτμῶν μοχθηρῶν, ἀπὸ τῆς μήτρας φερομένων ἐπὶ τὸν στόμαχον.

dum, progressu enim tēporis cessat. Fit à vaporibus vitiosis sursum ab vtero ad stomachū elatis.

ΠΕΡΙ ΡΑΓΑΔΩΝ, ΚΑΙ κονδυλωμάτων ἐν μήτρα. Κεφ. σιδ'.

Περὶ τὸ τῆς ὑστέρας στόμιον γίνονται ῥαγάδες ἐκ βιαίων τόκων. ἐπὶ τούτων ἁρμόζει ἡ τετραφάρμακος λεγομένη μετὰ ῥοδίνου, καὶ ἀλειφομένη.

DE VVLVAE SCISsuris & condylomatis. Cap. CCXIIII.

In vuluæ ostiolo scissuræ ex partu violento fiunt. His medicamentū quod tetrapharmacum dicitur cum rosaceo illitum, conuenit.

ΠΕΡΙ ΙΣΧΙΑΔΟΣ. Κεφ. σιε'.

Ἰσχιὰς δὲ γίνεται, ὅταν φλέγμα μυξῶδες, ἢ χολὴ ἐπισωρεύσῃ ἐν τοῖς συνδέσμοις τοῦ ἄρθρου τῆς κοτύλης. καὶ ὀδύνη γίνεται ἀπὸ τῶν κατὰ τὸ σφαίρωμα, καὶ τὸν βουβῶνα τό=

DE COXARVM morbis. Cap. CCXV.

Coxarū dolor fit, cum pituita mucosa, uel bilis in coxæ commissura & articulo collecta est. Dolor verò gibba in natibus regione inguinibusq; ad genua usq; pertingit. His igitur inter initia vena in cubito

πων ἄχρι γόνατος. τού-
τους φλεβοτομεῖν δεῖ κατ'
ἀρχὰς ἀπ' ἀγκῶνος. εἰ
δὲ μετὰ χρόνον, ὑπὸ τοῦ πε-
πονθότος σκέλους σφυ-
ροῦ. χρηστέον δὲ ἐμβροχαῖς
διὰ κυπρίνου, καὶ ὄξους, καὶ
νίτρου, καὶ κάγχρυος δι'
οἰσυπηρῶν ἐρίων θερμαν-
θέντων. καταπλαστέον δὲ
ἄλευρον λουπίνων μετὰ
ὀξυμέλιτος, ἢ ἄλευρον
αἴρινον, μετὰ ῥιτίνης, καὶ νί-
τρου, καὶ καλαμίνθου, καὶ
κάγχρυος, καὶ δαφνί-
δων. καὶ τὴν καλαμίνθην
μόνην κατάπλασσε δι'
ὀξυμέλιτος. προποτιστέ-
ον δ' αὐτοὺς ὀποῦ κυρη-
ναϊκοῦ, ὀρόβου μέγεθος, ἢ
καστόριον. ᾠὰ σὺν ὀξυ-
μέλιτι. καὶ ὀποπάνακος
δραχ. α'. ἐνέματι δὲ χρη-
στέον μέλιτος, νίτρου, τε-
ρεβινθίνης σὺν ἀφεψή-
ματι κενταυρίου ἐνιε. ἢ ἐ-
λατηρίου ῥίζης ἀφεψη-

cubito secanda erit. Vbi
verò iam vetus vitiũ est,
è talo partis affectæ san-
guis mittendus. Fomen-
tis item vtendum ex cy-
prino oleo, aceto, & ni-
tro, & rorismarini semi-
ne. Idque fieri debet cum
lanis succidis calidis. Ca-
taplasmata verò impo-
nenda ex lupinorum fa-
rina, cum oxymelite, vel
lolij farina, cum resina &
nitro, & calamintho, &
canchry, & lauri baccis.
Imò calaminthũ ipsum
ad cataplasmatis modũ
adhibitum, cum oxyme-
lite prodest. Potui verò
dandus cyrenaicus li-
quor, erui pondere, vel
castoreum, vel oua cum
oxymelite, & opopana-
cis drachma. Clysteri-
bus verò vtendũ, ex mel-
le, nitro, terebinthina, cũ
centaurij decocto, vel ela
terij cum melle, vel oliua-
rum colymbadum mu-
ria, vel lupinorum iure.

μα σὺν μέλιτι ἔνιε, ἢ ἐλαιῶν κολυμβάδων τὴν ἅλμην, ἢ θέρμων ἀφέψημα. σικύαις τὲ κατὰ τοῦ ἰσχίου μετὰ φλογώσεως, ἢ καὶ ἐγχαράξεως. καὶ καθαρτέον διὰ τῆς ἱερᾶς, ἢ κολοκύνθης. ὠφελεῖ δὲ καὶ ὁ ἀπὸ ῥαφανίδων ἔμετος. χρᾶσθαι δὲ καὶ τὰ ἄκοπα ἀλείμματα, οἷον εὐφόρβιον, πύρεθρον, ὀποπάνακα, πέπερι, καστόριον, κηρίον, τερεβινθίνην, χαλβάνην, νάρδινον τὲ, καὶ γλεύκινον, κύπρινον τὲ καὶ πηγάνινον. ἔμπλαστροι δὲ ἢ διὰ δάφνου, καὶ ἡ πηγανηρά. ἐπιτιθέναι δὲ καὶ τὴν ἰβηρίδα μετὰ στέατος χοιρείου, ἢ ἰσχάδας μετὰ σινήπεως, ἐπίπασσε ἐκ τοῦ λουτροῦ, προαλείψας ἐλαίῳ κυπρίνῳ, καὶ ναρδίνῳ. πίσσης δραχ. β΄. θείου δραχμ. α΄. ξηρὸν χρῶ, ἢ σμύρναν, θεῖον, καὶ πίσσαν.

Cucurbitulæ etiam coxę cum flamma, & cute incisa sunt admouendæ. Et hiera, & colocynthide sunt purgandi. Vomitus etiam à radiculę succo adiuuat. Illitionibus etiam acopis est vtendum ex euphorbio, pyrethro, opopanace, pipere, castoreo, cera, terebinthina, galbano, nardino item oleo, & gleucino, cyprino item & rutaceo. Emplastra verò prosunt & quod è lauri baccis constat & peganera. Imponi etiam potest iberis cum suillo adipe, vel carycæ cum sinapi à balneo, illito tamen prius oleo cyprino & nardino, inspergi possunt. Picis drachmæ duæ, sulfuris drachma, siccis vtitor, uel mirrham, sulfur et picem adhibe.

DE

ΠΕΡΙ ΑΘΡΙΤΙΔΟΣ, καὶ ποδάγρας.

Κεφ. σιϛ'.

Οτι μὲν τοίνυν τῆς θρεπτικῆς δυνάμεως ὅλου τοῦ σώματος ἀῤῥωστούσης τε καὶ καχεκτούσης τὰς ῥευματικὰς γίνεσθαι διαθέσεις, δῆλον. ῥέει γὰρ ἡ ἀθροιζομένη περιουσία ἐκ τῶν ἰσχυροτέρων ἐπὶ τὰ ἀσθενέστερα μόρια, οἷον πόδας, ἢ χεῖρας. ἀλλ' εἰ μὲν εἰς τοὺς πόδας, ποδάγρα καλεῖται. εἰ δὲ εἰς τὰς χεῖρας, καὶ καθ' ὅλα τὰ ἄρθρα, ἀρθρίτις ὀνομάζεται. ὁ δὲ πλεονάζων χυμὸς, ὅτε μὲν χολώδης, ὅτε δὲ αἱματικὸς, ἄλλοτε ἢ μελαγχολικὸς, ἢ φλεγματικὸς, καὶ ὠμὸς εὑρίσκεται. ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ μικτός.

DE ARTICVLARI *morbo, & podagra.*

Cap. CCXVI.

Quod igitur facultate nutriente totius corporis imbecilliore, & malo habitu laborãte fluidos affectus nasci contingat, manifestum est. Materia enim collecta à fortioribus ad imbecilliores particulas, vt pedes, & manus, fluit. Cum itaque ad pedes decumbit, podagra vitium appellatur. Si verò ad manus, & ad omnes articulos, arthritis dicitur. Exuperans verò humor modò biliosus, modò sanguineus, interdum pituitosus, vel atrabilarius, & crudus inuenitur.

ΘΕΡΑΠΕΙΑ ΤΩΝ ΕΠΙ χολώδει χυμῷ ῥευματιζομένων.

Κεφ. σιζ'.

Τὸ μὲν γὰρ χολῶδες

CVRATIO EORVM *qui biliosi humoris fluxione laborant.*

Cap. CCXVII.

Biliosa defluxio præter

ῥεῦμα πρὸς τῷ τοῦ χρώματος ὑπόχρῳ τε καὶ ἐξερύθρῳ, καὶ θερμασίας συναίσθησιν, καὶ τὴν ὀδύνην ὀξυτέραν ἐργάζεται, καὶ ταχέως ἐκδίδοται. ἀρχὴ δέουσι τῆς θεραπείας ἀπὸ τοῦ ῥοδομέλιτος καθαρτικοῦ, ἢ τοῦ διὰ τῶν μήλων τῶν κυδωνίων, καὶ τοῦ διὰ τῆς πικρᾶς ἀντιδότου. ἔξωθεν δὲ τῷ ῥοδίνῳ χρησώμεθα μετὰ τῆς λεκύθου τοῦ ὠοῦ, καὶ βραχέος οἴνου, καὶ ταῖς ψυχούσαις τῶν βοτανῶν, οἷον στρύχνῳ, ἀνδράχνῃ, ὑοσκυάμῳ, ἀειζώῳ, τῇ ἐκ τῶν τελμάτων φακῇ, σερεῖ, μήκωνος φύλλοις, πολυγόνῳ, μανδραγόρου φύλλοις, ῥόδοις χλωροῖς. ταῦτα μετὰ ψιχῶν, ἢ κριθίνου ἀλεύρου, καὶ ῥοδίνου καταπλάσσοντες.

colorem pallidum & rubidũ, caloris ſenſum, doloremq́ue acriorem efficit, et confeſtim erumpit. Initium purgationis eſto ex rhodomelite purgante, vel eo, quod ex malis cotoneis conſtat, et ex picra antidoto. Extrinſecus verò roſaceo vtemur cum oui luteo, & pauxillo vino, & herbis refrigerantibus, vt ſolano, hyoſcyamo, ſemperuiuo, lenticula palauſtri, ſeride, papaueris folijs, herba ſanguinali, mandragoræ folijs, & roſis viridibus. Hæc cum mica panis, vel farina hordeacea, & roſaceo ad cataplaſmatis modum adhibentur.

ΘΕΡΑΠΕΙΑ ΕΡΥΣΙΠΕλατώδους φλεγμονῆς. Κεφ. σιζ´.

Ἐρυσιπελατώδους δὲ

CVRATIO INFLAMmationis eryſipelaceæ. Cap. CCXVII.

At in eryſipelacea articulorum

οὔσης τῆς φλεγμονῆς τῶν ἄρθρων, παρηγορεῖ κολοκύνθης νεαρᾶς τὸ λέπος ἐπιτιθέμενον. πέπονος τε καὶ σικύου ἡ σὰρξ, καθ' ἑαυτὰ δὲ, καὶ μετὰ ἄρτου. περδικίας τε φύλλα σὺν ἀλεύρῳ, ἢ ψύλλιον σὺν κριθίνῳ. ἄλλο. μαλάχας ἑψήσας χλωρὰς λείωσον, καὶ ψύλλιον ἰξοποιήσας, πρόσβαλλε. καὶ ὠῶν τὰ κροκὰ, καὶ ῥόδινον ἐπιτίθει. ἄλλο. κρόκον καὶ ὄπιον σὺν ἀειζώου χυλῷ κατάχριε, ἢ μετὰ ψιχῶν κατάπλασσε. ἢ τὸ ὄπιον, καὶ τὸν κρόκον σὺν γάλακτι ἐπίχριε. ἢ ἀναλάμβανε τοῦτο κηρωτῇ ῥοδίνῃ, καὶ ἐπιτίθει. ἄλλο. ψίχας ἐν ὀξυκράτῳ βρέξας, καὶ ἀειζώου, καὶ στρύχνου, ἢ ἀνδράχνης, ἢ κωδύων, καὶ φοινίκων σάρκας τὸ ἴσον ἐπιτίθει. μετὰ δὲ τὴν χρῆσιν τῶν ἀνωδύ-

culorum inflammatione cucurbitæ syluestris recentis, cortex impositus dolorem mitigat. Peponis præterea & cucumeris caro, vel per se, vel cũ pane adhibita. Perditij item folia cum polenta, vel psyllium cum farina hordeacea. Aliud. Virentes maluas coctas terito, & psyllium in viscum redactũ, adijcito. Aut ouorum lutea cum rosaceo imponito. Aliud. Crocũ & opium cum semperuiui succo illinito, vel cum mica ad formã cataplasmatis inducito. Vel opiũ & crocum cum lacte inungito. Vel cerato rosaceo eadem excipito, et imponito. Aliud. Micam in posca macerato, & semperuiui, solani, & portulacæ, vel papaueris capitum, & dactylorum ossium singulorũ par pondus imponito. Post usum verò medicamentorum

quæ

νων χρηστέον τῇ διὰ χυλῶν, καὶ τῷ ψιττακίῳ, ἢ τῇ διὰ τῆς ἀλθαίας.

quę dolorem leniunt vtiliter etiam emplastra, & quod ex succis constat, & diachylon dicitur, & psittacium, & quod ex althæa est, adhibentur.

ΘΕΡΑΠΕΙΑ ΤΩΝ ΕΠΙ *πλήθει χυμῶν ῥευματιζομένων.* Κεφ. σιη΄.

CVRATIO EORVM *qui ob humorum copiam fluxione laborant.* Cap. CCXVIII.

Ἐφ᾽ ὧν δὲ ὁ πλεονάζων χυμὸς αἱματικός ἐστι, φλεβοτομίᾳ χρηστέον. γνώσῃ δὲ ἐκ τῆς χροιᾶς, αἱματώδης γὰρ ὁ ὄγκος, καὶ οὐκ ἐπόδυνος. ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν φλεγματικωτέρων, καὶ μελαγχολικωτέρων φλεβοτομητέον. ἐπειδὴ καὶ τούτοις ὁ χυμὸς ἐν ταῖς φλεψὶν ὡς μάλιστα περιέχεται. εἶτα καθαρτέον διὰ τῆς ἱερᾶς. ληπτέον δὲ καὶ καταπότια τοιαῦτα. ἀλόης, κολοκυνθίδος, ἐλλεβόρου μέλανος, σκαμμωνίας ἀνὰ

In quibus verò exuperans humor sanguineus est, venæ sectione vtendum, quod ex colore cognosces. Sanguinolentus enim tumor est, nec magnum dolorē mouet. Sed & in pituitosioribus & melācholicis sanguis mittendus. Nam in his quoque humor vt plurimum in venis continetur. Purgandi deinde sunt hiera, & sequentes pillulæ sumendæ. Aloës, cucurbitę syluestris, veratri nigri, scammonij singulæ vnciæ, euphorbij vnciæ semissis, nitri tantundem,

οὐγ. α΄. εὐφορβίου οὐγ. ϛ΄΄. νίτρου οὐγ. ϛ΄΄. κράμβης χυλοῦ τὸ ἀρκοῦν, δίδου πρὸς δύναμιν. τὰ δὲ ἔξωθεν ἐπιτιθέμενα πρὸς τὴν πλεονάζουσαν ὕλην παρασκευαστέον. χρᾶσθαι δὲ καὶ τὰ δι᾽ ἑρμοδακτύλου.

succi brassicæ quantum satis est. Dantur pro virium ratione. Quæ verò extrinsecus imponuntur, ad materiam redundantem parari debent. Catapotia etiam ex hermodactylo vtiliter adhiberi possunt.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΠΙ ΦΛΕΓΜΑΤΙ ῥευματιζομένων. Κεφ. σιθ΄.

DE HIS QVI FLVxione laborant ex pituita. Cap. CCXIX.

Φλεγματικοῦ δὲ ὄντος τοῦ ῥεύματος, λευκὸς καὶ οἰδηματώδης γίνεται ὄγκος, καὶ τὴν ὀδύνην ἐμφωλεύουσάν τε καὶ βραδυτέραν, εἰς ὄγκον ἐκδιδομένην ἔχει. τούτοις μετρίας μὲν οὔσης τῆς ὀδύνης ἥ τε κράμβη χλωρὰ καταπλαττομένη, καὶ τὸ σέλινον, καὶ ἡ κόνυζα, καὶ ἡ περιστερεὼν συμφέρει. ἰσχυρότερον δὲ σίτινον ἄλευρον, ἢ αἴρινον, ἢ τερεβινθίνης κατάπλασ-

At si fluxio pituitosa fuerit, tumor oritur albus & laxus, & dolorem habet delitescentem, & omnino tardius erumpit. His itaq; vbi mediocris est dolor, brassica viridis ad cataplasmatis modum inducta, apium item, conyza, & verbenaca prodest. Fortiora porrò sunt farina frumentacea, vel lolij, vel terebinthina ex mulsa inducta, vel vino tenui, cum pauxillo olei cyprini, seu nardini.

μα διὰ μελικράτου, ἢ οἴνου λεπτοῦ σὺν ὀλίγῳ κυπείνῳ. ἢ κράμβης ῥίζαν κεκαυμένην σὺν στέατι, ἢ αἰγῶν κόπρος μετὰ κριθίνου ἀλεύρου σὺν μελικράτῳ καταπλαττομένη, ἢ τὸ ἀφόνιτρον σὺν ᾠοῖς ἐπιτίθει, ἢ φλόμου φύλλα μετὰ βώλου καὶ κριθίνου ἐπιτιθέμενα. καθαίρειν δὲ τούτους καὶ διὰ τῆς κολοκυνθίδος ἱερᾶς. διδόναι δὲ καὶ τὴν ὑγείαν, καὶ τὴν αἰγυπτίαν, καὶ τὴν θηριακήν.

dini. Brasſicæ item radicem combuſtæ cum adipe, uel caprillum ſtercus cum farina hordeacea, ſicut mulſa quoq; addatur, ad cataplaſmatis modum inducito, uel nitri ſpumę cum ouis imponito, uel uerbaſci folia cum bolo, & farina hordeacea. Purgare deniq; ipſos oportet per hieram colocynthidis. Et antidotum hygiam, & Aegyptiæ & theriacæ offerre.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΠΙ ΑΙΜΑΤΙ ῥευματιζομένων.

Κεφ. σκ'.

Οἱ δὲ ἐπὶ τῷ αἱματικῷ χυμῷ πάσχοντες, μετὰ τὴν τοῦ αἵματος πρώτην κένωσιν, ἔπειτα καὶ τοῖς τοπικοῖς βοηθήμασι χρήσθωσαν. χολωδεστέρου δὲ ὄντος, καὶ δριμυτέρου τοῦ

DE HIS QVI FLVXIONE *laborant ex ſanguine.*

Cap. CCXX.

Qui uero ex ſanguineo humore laborant, poſt primã ſanguinis euacuationem medicamẽtis extrinſecus appoſitis utantur. Si uero ſanguis qui exuperat magis ad bilis naturam acceſſerit, acri-

orque

πλεονάζοντος αἵματος τοῖς ἐπὶ τὸν χολώδη χυμὸν λεχθεῖσι καταπλαστέον. ψυχροτέρου δὲ, ἢ μελαγχολικωτέρου, τοῖς ἐπ᾽ ἐκείνοις. ποιεῖ δὲ πρὸς τούτοις λέμματα ῥοιᾶς, καὶ ῥοῦ, καὶ ἄλφιτα ἐν οἴνῳ λειωθέντα κατάπλασσε. ἄλλο. φύλλα κράμβης ἑψήσας, καὶ λειώσας, ἐπίβαλλε. τρυγίαν ὄξους, καὶ ὠῶν καὶ ῥοδίνου κατάπλασσε.

orq; fuerit, ea quæ supra de bilioso humore sunt comprehensa, imponi debent. Sin pituitosior aut melancholicus, ea quę de utroque humore dicta sunt. Huc præterea faciunt cortices mali punici, & rhu, & farina hordeacea ex uino læuigata & imposita. Aliud. Folia brassicę cocta, & irita imponito. Vel aceti fecem, cum ouis & rosaceo.

ΠΕΡΙ ΠΩΡΩΝ.

Κεφ. σκά.

Ἐπειδὴ πῶροι πολλάκις ἐν τοῖς ἄρθροις συνίστανται, ποτὲ μὲν διὰ τὸ παχὺ, καὶ γεῶδες τοῦ ἐνσκήπτοντος χυμοῦ, ποτὲ δὲ καὶ διὰ φαρμάκων χρῆσιν διαφορητικῶν. ταῦτα μαλάττει. μυελὸς ἐλαφίου, ἀμμωνιακὸν,

DE TOPHIS QVOS *Græci* πώρους *uocant.*

Cap. CCXXI.

Quoniam tophi subinde in articulis creantur modo ob humoris qui ad eos decubuit crassitiē, terrestremq́ue naturam, modo propter immoderatum medicamētorum discutientium usum, ea quæ emolliunt hæc sunt. Cerui medulla, ammoniacum,

βδέλλιον, στύραξ, ἔλαιον παλαιόν. ἄλλο. ἀφονίτρου, τερεβινθίνης, προπόλεως ἀνὰ οὐγγ. δ΄. κηροῦ οὐγγ. θ΄. κολοφωνίας λι. α΄. ἐλαίου τὸ ἀρκοῦν ἕψηε, καὶ ποίει ἔμπλαστρον, καὶ ἐπιτίθει. ἢ σανδαράχην λειώσας σὺν ἰξῷ δρυΐνῳ ἐπιτίθει.

niacum, bdellium, styrax, oleum uetus. Aliud. Spumæ nitri terebinthinæ, propoleos singulorũ unciæ quatuor, ceræ unciæ nouem, colophoniæ libra, olei quantum satis est. Coquito, & emplastrum conficito, & imponito. Vel sandaracam tritam cum uisco quercino inducito.

ΑΝΤΙΔΟΤΟΙ ΠΟΔΑΓΡΙΚΑΙ.

Κεφ. σκβ΄.

Πεπέρεως λευκοῦ, πετροσελίνου, βετονικῆς, σκολοπενδρίου, νάρδου κελτικῆς, ἀμώμου, μέου, ἀσάρου, ἀγαρικοῦ, ἀριστολοχίας μακρᾶς ἀνὰ οὐγγ. α΄. μέλιτος τὸ ἀρκοῦν. ἑρμοδακτύλου, ἀνίσου δραχμ. α΄. κυμίνου δραχ. α. ς΄΄. πεπέρεως δραχ. α΄. εὐφορβίου δραχμ. α΄. ς΄΄. κασσίας δραχ. α΄. μαστίχης δραχ. α΄. δίδου.

ANTIDOTI PODA*gricæ.*

Cap. CCXXII.

Piperis albi, petroselini, betonicæ, scolopendriæ, nardi celticæ, amomi, mei, asari, agarici, aristolochiæ longæ singulæ unciæ, mellis quod sufficit. Hermodactyli, anisi, singulæ drachmæ, cymini drachma cum semisse piperis drachma, euphorbij drachma cum semisse, casſiæ, mastiches singulæ drachmę, assumuntur.

AD

ΠΡΟΣ ΧΕΙΜΕΤΛΑ ΕΝ δακτύλοις χειρῶν τε καὶ ποδῶν. Κεφ. σκγ'.

Τὰ χείμετλα ἑλκώδεις εἰσὶ διαθέσεις περὶ τοὺς δακτύλους τῶν χειρῶν καὶ ποδῶν συνιστάμεναι ἐν χειμῶνι. δεῖ οὖν αὐτὰ θαλάσσῃ χλιαρᾷ καταντλεῖν. ἢ σεύτλου ἀφέψημα, ἢ φακοῦ, ἢ ὀρόβου, μετὰ δὲ τὴν ἄντλησιν σῦκα λεῖα μετ' ἐλαίου ἐπιτίθει. ἢ στυπτηρίαν καὶ ἄλευρον ἴσα μετ' οἴνου κατάπλασσε. ἢ βολβῷ σὺν οἴνῳ κατάπλασσε. ἢ σκόροδα ἑψήσας, κηρὸν τῷ ἐλαίῳ τήξας, ἄλειφε. ἢ μάνναν, καὶ θεῖον σὺν μέλιτι ἑφθῷ ἐπιτίθει.

AD PERNIONES digitorum manuum & pedum. Cap. CCXXIII.

Perniones ulcerosi sunt affectus qui hyeme in digitis manuum & pedum oriuntur. Ipsos itaq; marina tepida perfundere oportet, uel betæ decocto, uel lenticulæ, uel erui. A perfusione uerò ficus aridæ cum oleo imponuntur. Vel aluminis & farinæ pares portiones cum uino inducuntur, aut bulbus cum uino. Vel allia cocta, & cera oleo liquefacta illinuntur. Vel māna, & sulphur cum melle cocto imponuntur.

ΠΡΟΣ ΤΑΣ ΤΩΝ ΔΑκτύλων ῥαγάδας. Κεφ. σκδ'.

Ὑγρᾷ πίσσῃ σὺν ῥο-

AD DIGITORVM rimas. Cap. CCXXIIII.

Pice liquida cum rosa-

δίνῳ καταχρίε. ἄλλο. σκίλλαν ἐλαίῳ ἑψήσας, ἐπίβαλλε τῷ ἐλαίῳ τερεβινθίνην. καὶ κέρας αἴγειον κεκαυμένον, καὶ χήνειον στέαρ, καὶ χρῶ. ἄλλο. ψιμυθίου δραχ. ί. λιθαργύρου δραχ. ιβ'. κολοφωνίας δραχμ. ιϛ'. λιβάνου δραχ. ί. στέατος χοιρείου δραχ. ί. ἐλαίου τὸ ἀρκοῦν.

ceo illinuntur. Aliud. Scillam cum oleo coquito, et terebinthinam adiungito, & caprillũ cornu combuſtum, & anſerinum adipẽ, & in uſum adhibeto. Aliud. Ceruſæ drachma, argenti ſpumæ drachmæ duodecim, colophoniæ drachmæ ſedecim, thuris, adipis ſuilli, ſingulæ drachmæ, olei quantum ſatis eſt.

ΠΡΟΣ ΕΚΤΡΙΜΜΑΤΑ ἐκ μακρᾶς κατακλίσεως. Κεφ. σκε'.

Κηροῦ, λιθαργύρου, μέλιτος ἴσα, χρῶ. ἄλλο. λεπίδος, χαλβάνης, μάννης ἀνὰ δραχμ. β'. ἐρίων κεκαυμένων τέφραν ἀναλαβὼν χρῶ, ἀμόργης τὸ ἀρκοῦν ἑψημένης ἐν χαλκῷ, ἢ ἀμόργην σὺν μέλιτι ἑψήσας, χρῶ.

AD ATTRITVS EX *longo decubitu.* *Cap. CCXXV.*

Ceræ, argenti ſpumæ, mellis pares portiones in vſum adhibentur. Aliud. Squamæ, galbani, mannæ ſingulorũ drachmę duæ. Cinere lanarum ſuccidarum mollium excipiuntur, et adhibentur. Vel amurcæ quantum ſatis eſt coctę in vaſe æreo, vel amurca cum melle cocta applicatur.

ΠΡΟΣ ΤΑ ΕΞ ΥΠΟΔΗΜΑΤΩΝ παρατρίμματα.
Κεφ. σκϛ΄.

Πνεύμων ἄρνειος, ἢ αἴγειος ἐπιτιθέμενος, ἢ δέρμα ἀπὸ τῶν καττυμάτων καυθὲν ἐπίπασσε. παυσαμένης δὲ τῆς φλεγμονῆς, κηκίδα καύσας, ἐπίπασσε. ἢ ἀκακίαν σὺν ὄξει ἐπίχριε.

AD INTERTRIGINES ex calceamentis.
Cap. CCXXVI.

Pulmo agninus, uel caprillus imponitur, uel corium ex ueteribus calceamentis combustum, inspergitur. Cessante verò inflammatione, galla cõbusta inspergitur, vel acacia cum aceto illinitur.

ΠΡΟΣ ΗΛΟΥΣ ΚΑΙ τύλους.
Κεφ. σκζ΄.

Τοὺς ἥλους προπεριπεκαθάρας, ἐπιτίθει ἰὸν ξυστὸν, ἢ σανδαράχην, ἢ μελάνθιον σὺν οὔρῳ ἀφθόρῳ. ἄλλο. κανθαρίδων, χαλκάνθου, καστορίου τὸ ἴσον ἀναλάμβανε τερεβινθίνῃ, καὶ χρῶ προκαθάρας.

AD CLAVOS CALlosq́;.
Cap. CCXXVII.

Clauis prius vndiquaque purgatis, imponito æruginẽ rasilem, vel sandaracam, vel melãthium cum vrina pueri venerem non experti. Aliud. Cantharidarũ, atramenti sutorij, castorij, singulorum pares portiones terebinthina excipito, & vtere, prius tamen purgatis clauis.

ΠΕΡΙ ΠΑΡΟΝΥΧΙΑΣ. Κεφ. σκη'.

Η παρονυχία ἀπόστημά ἐστι, παρὰ τὴν ῥίζαν τοῦ ὄνυχος συνιστάμενη. ταύτην κηκὶς μετὰ μέλιτος καταστέλλει, ἢ λύκιον ἐπιτιθέμενον. κατάπλασσε δὲ φακῷ μεθ' ὕδατος λείῳ, ἢ φοίνικας μετ' οἴνου, ἢ ῥόδοις χλωροῖς, ἢ θέρμινον ἄλευρον μετὰ μέλιτος.

DE REDVVIIS. Cap. CCXXVIII.

Reduuiæ, ſeu paronychia abſceſſus eſt, qui ad radicem vnguis oritur. Hunc galla cum melle reprimit, vel lycium ſuper impoſitum. Lenticula etiã ex aqua trita, vel palmulæ cum vino, vel roſis viridibus, vel lupinorum farina cum melle ad cataplaſmatis modum imponuntur.

ΠΕΡΙ ΠΤΕΡΥΓΙΩΝ. Κεφ. σκθ'.

Ὑπεραύξησίς ἐστι σαρκὸς τὸ πτερύγιον, καλύπτουσα τὸν ὄνυχα. ἀρσένικον καὶ μάνναν ἐπίπασσε. ἄνωθεν δὲ σπόγγον δι' οἴνου ἐπιτίθει. χαλκίτεως, λεπίδος, σιδίων ἴσα ἀνάλαμβανε μέλιτι, καὶ ἐπιτίθει. ἄλλο. λιβανωτοῦ δραχ. α. λεπίδος δραχ.

DE PTERYGIIS. Cap. CCXXIX.

Pterygium carnis incrementum eſt, vnguem contegens. Arſenicũ itaque & mannam inſpergito. Supra verò ſpongiã ex vino imponito. Chalcitidis, ſquamæ, gallarum pares portiones melle excipito, & applicato. Aliud. Lachrimæ thuris drachma, ſquamę drach-

β΄. ἰȣ̃ ξυςȣ̃ δραχ. ά. σὺν μέλιτι λειώσας, χρίε.

mæ duæ, æruginis rasilis drachma ex melle trita adhibentur.

ΠΡΟΣ ΤΕΘΛΑΣΜΕΝΟΥΣ ὄνυχας.

Κεφ. σλ΄.

AD VNGVES CONtusos.

Cap. CCXXX.

Μυρσίνης, καὶ ῥοιᾶς φύλλοις ἁπαλοῖς καλάπλασσε.

Myrthi, & mali punici folijs teneris obducito.

ΠΡΟΣ ΥΦΑΙΜΟΥΣ ὄνυχας.

Κεφ. σλα΄.

AD CRVENTOS ungues.

Cap. CCXXXI.

Πρὸς δὲ ὑφαίμȣς ὄνυχας ἄλευρον πίσσῃ μίξας, ἐπιτίθει. ἄλλο. ἰὸν ἀναλαβὼν ςέατι ὑείῳ, ἐπιτίθει. πρὸς δὲ λεπριῶντας ὄνυχας. ἰξοῦ δρυΐνȣ, σανδαράχης, τήλεως ἀνὰ ȣ̓γ. β΄. κανθαρίδων, θαψίας ἀνὰ ȣ̓γ. μίαν, ὄξȣς τὸ ἀρκȣ̃ν.

Ad cruentos porrò vngues farrina pice mista imponitur. Aliud. Aeruginem adipe suillo excipito, & applicato. Ad scabros ungues. Visci quercini, sandaracę, fœnugræci singulorum uncię duę, cantharidarum, thapsiæ singulæ unciæ, aceti quãtum satis est.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΚΤΟΣ τοῦ σώματος γινομένων παθῶν. καὶ πρῶτον περὶ ἐλεφαντιάσεως.

Κεφ. σλβ'.

Ἐλέφας λέγεται, ὅπερ λέγουσιν οἱ ἰδιῶται κελεφίασιν. καὶ γίνεται ἐπὶ μὲν μελαγχολικῷ χυμῷ, σηπομένῳ, καὶ διαβιβρώσκοντι τὰ ἄκρα τῶν μορίων. καὶ ἐστὶ σχεδὸν ἀνίατον. τούτοις συμφέρει φλεβοτομία, καὶ μάλιστα ἔαρος, καὶ καθαίρειν διὰ τῆς ἱερᾶς τοῦ γαληνοῦ. ἐξεμέτωσαν δὲ ἀπὸ ῥαφανίδων, καὶ σιτίων. ἀγαθὴ δὲ καὶ ἡ διὰ τοῦ λευκοῦ ἐλλεβόρου κάθαρσις. τοὺς δὲ κεκρατημένους μήτε φλεβοτομεῖν, μήτε ἐλλεβορίζειν. τοὺς δ' ἄλλους καὶ ἅπαξ, καὶ δὶς φλεβοτομεῖν, καὶ καθαίρειν τοῦ χρόνου. οὐκ ὀλίγοι δὲ καὶ διὰ μόνης τῆς κατὰ τὴν κεφαλὴν καύ-

DE EXTERNIS corporis uitijs, & primum de Elephantiaci.

Cap. CCXXXII.

Elephantiasis, id uitij genus est, quod ab imperitis celephiasis dicitur. Eius porrò origo est ex humore melãcholico putrefacto, & summas corporis partes exedente, & ferè ex eorũ numero est, affectuum, qui sanationẽ non recipiunt. His uenæ sectio competit, ea maximè, quę uere administratur, & ex Galeni hiera purgatio. Vomitus eliciatur à radicula, et cibis. Salubris præterea est quæ fit ex veratro nigro purgatio. A malo uerò iam uictis, nec venam incidere, nec veratrum exhibere oportet. Alijs verò omnino, & quidẽ bis sanguinem mittere, eosque ratione habita temporis purgare.

σεως τῶν οὕτως ἀρξαμέ-
νων ἐκώλυσαν κρατηθῆ-
ναι τοῦ πάθους. ποτίμα-
τα δὲ τούτοις ἁρμόζει ὄξους
κυ. α΄. μετὰ κεδρίας κυά-
θου. α΄. καὶ χυλοῦ κράμβης
ὠμῆς κυάθων. β΄. μιγέν-
τα δίδοται πρωὶ, καὶ ἑσπέ-
ρα. ἢ σιδηρίτιδος βολά-
νης φύλλων ξηρῶν δραχ.
α΄. ἐν οἴνῳ. ἢ ἐλαφίου κέ-
ρατος δραχ. α΄. σὺν σκιλ
λητικῷ ὄξει πότιζε καθ'
ἡμέραν. ἢ ὀποῦ κυρηναϊ-
κοῦ ὀρόβου μέγεθος. μετὰ
μέλιτος, καὶ βουτύρου δί-
δου. ἢ ἐλέφαντος ῥινίσ-
ματος δραχ. ς΄΄. μετὰ
οἴνου, ἢ κύμινον μετὰ μέλι-
τος ὡς πινόμενον. ἢ σκίλ
λαν λείαν μετὰ μέλιτος δί
δου ἐκλείχειν, ἢ θηρια-
κὸν ἀρτίσκον, ἕως δραχ.
α΄. ὁμοίως δὲ καὶ τὸν σκιλ-
λητικὸν ἀρτίσκον δραχ.
α΄. ἢ καλαμίνθης χυλὸν
δίδου πίνειν. δίδου δὲ καὶ τ

purgare. Nō pauci etiam
ſola capitis aduſtiōe mul
tos, qui hoc inceperāt ui-
tio corripi, nè uinceren-
tur, prohibuerunt. Potio-
nes uero ipſis conueniūt.
Aceti cyathus cum cedri
ni liquoris cyatho, &
braſsicę crudę ſucci cya-
this duobus. Miſta dan-
tur manè & ueſperi. Vel
ſideritidis herbæ foliorū
aridorum drachmę pon-
dus ex uino. Vel ceruini
cornu drachma cum ace-
to ſcyllite quotidie potui
datur. Vel liquor cyre-
naicus cum melle & bu-
tyro erui magnitudine.
Vel eboris ramēti drach-
mæ ſemiſsis ex uino, uel
cyminū cum melle. Vel
ſcylla trita cū melle ecle-
gmatis modo adhibetur.
Paſtillum præterea the-
riacalem, drachmæ pon-
dere, ſimiliter & paſtillo-
rum ſcilliticorum parem
portionem, uel calamin-
thæ ſuccum potui dato.

 Frequen-

θηριακὴν ἀντίδοτον ἐπὶ συχνῶ. λουέσθω δὲ συγχριόμενος τήλεως χυλόν, ἢ ἀμμωνιακοῦ βραχεῖ ὄξει λειουμένου. μετὰ δὲ τὸ λουτρὸν ἀλειφέσθω σχινίνῳ, ἢ οἰνανθίνῳ, ἢ μυρσίνῳ ἐλαίῳ. ἢ οἶνον μετὰ στυπτηρίας, καὶ ἀμμωνιακοῦ εἰς γλοιοῦ πάχος λειούμενον, καὶ ἀλειφόμενον. σμέγμασι δὲ χρήσθωσαν ἐν βαλανείῳ δι' ἀφεψήματος σεύτλου, τήλεως σὺν ἀφονίτρῳ. ἢ λαπάθου ῥίζαν ὄξει ἑψηθεῖσαν, καὶ λειωθεῖσαν σὺν στυπτηρίᾳ. ἄλλο. ἀλκυονίου, νίτρου, σμύρνης, θείου, συκῆς ἀγρίας φύλλων ξηρῶν, ταῦτα σὺν ὄξει λειώσας, κατάχριε. ἄλλο. σηπίας ὄστρακον κεκαυμένον, καὶ κισσήρεως, καὶ νίτρου, καὶ κιμωλίας, κόμμεώς τε καὶ κηκίδος ἴσον ξηρὸν ἐμπασσόμενον, καὶ δι' ὄξους σμηχόμενον.

Frequenter item antidotum theriacam exhibeto. Lauetur autem, & una etiam fœnugræci succo perungatur. Vel ammoniaci ex aceto triti momento. A balneo illinatur lentiscino, œnanthino, uel mirtheo oleo. Vel uino cũ alumine, & ammoniaco ad sordiũ spissitudinem læuigato & illito. Smegmatis porro in balneo utantur ex decocto betæ, aut fœnugræci, cum nitri spuma. Aut radicem rumicis aceto incoctam, & cum alumine detritã applicato. Aliud. Alcyonij, nitri, myrrhæ, sulfuris, fici agrestis folia sicca, ex aceto trita, illinito. Aliud. Sepiæ testa cõbusta, & pumicis, nitri, terræ cimoliæ, gummi itẽ & gallæ pares portiones aridæ inspersæ, & ex aceto infricatæ.

ΠΕΡΙ ΛΕΠΡΑΣ, ΚΑΙ ψώρας.

Κεφ. σλγ'.

Η λέπρα γίνεται ἐπὶ χυμῷ διαβρωτικῷ, ὅθεν καὶ λεπίδες ἀποπίπτουσιν ἀπὸ τῆς ἐπιφανείας τοῦ δέρματος μετὰ κνισμοῦ. ἀλλ' ἡ μὲν λέπρα διὰ βάθους ἐπινέμεται τὸ δέρμα κυκλοτερῶς. ἡ δὲ ψώρα ἐπιπολαιοτέρα ἐστὶ, καὶ ποικίλως ἐσχηματισμένη. τούτους δεῖ φλεβοτομεῖν, καὶ καθαίρειν διὰ τῶν ἐκκενούντων μέλαιναν χολήν. ἔξωθεν δὲ χρηστέον. ἐλελισφάκου, ἐλαίας δακρύου ἀνὰ οὐγ. β. καππάρεως ῥίζης φλοιοῦ, κόμμεως, ἀνὰ οὐγ. γ'. ὄξους τὸ ἀρκοῦν, χρίε ἐν ἡλίῳ. τὰς δὲ λέπρας ἰδίως ἀφίστησιν ἀνεμώνης ῥίζαι, σὺν ὄξει λεῖαι χριόμεναι. ἄλλο.

DE LEPRA ET SCAbie quæ ψώρα dicitur.

Cap. CCXXXIII.

Lepræ origo eſt ex humore exedente, unde & ſquamæ à ſumma cutis ſuperficie decidunt cum pruritu, & altam cutem orbiculatim depaſcitur. Scabies uerò ſummas corporis partes infeſtat, potius uariè figurata. His itaq; ſanguinem mittere, & per ea quæ atræ bili uacuandæ ſunt idonea, purgare oportet. Extrinſecus uerò ſequentibus utendum. Saluiæ, lachrymæ oleæ, ſingulorum unciæ duæ, corticis radicis capparis, gummi ſingulorum unciæ tres, aceti quantum ſatis eſt, ad ſolem inunguntur. Propriè uerò lepras diſijciunt, anemonæ radices ex aceto tritæ illinuntur, prius tamen loco abſterſo. Aliud. Haſtulæ regiæ radicis

αἰρίνου ἀλεύρου οὐγ. α΄. καρδαμώμου δραχμ. α΄. νίτρου ἀφροῦ δραχμ. γ΄. χαλκάνθου δραχ. η΄. ἀσφοδέλου ῥίζης χυλοῦ δραχ. δ΄. λεάνας σὺν ὄξει καταχρίει, περικνιτρώσας τὸν τόπον. ἄλλο. ἀσφοδέλου ῥίζης χυλοῦ οὐγ. ς΄. θείου ἀπύρου, μάννης ἀνὰ δραχ. ι΄. νίτρου δραχ. η΄. ἐπίχριε ὄξει λειώσας.

succi unciæ sex, sulfuris ignem non experti, mannæ singulorum drachmę decem, nitri drachmæ octo, aceto subactæ applicantur.

ΠΡΟΣ ΨΩΡΑΝ.

Κεφ. σλδ΄.

AD SCABIEM.

Cap. CCXXXIIII.

Πρὸς δὲ ψώραν ἰδίως ποιεῖ ἁπαλὴ μὲν σταφὶς ἀγρία, καρδάμωμον μετ᾽ ὄξους, κρίνου ῥίζα μετὰ μέλιτος χριομένη, θεῖον, αἴγεια κόπρος μετὰ ὄξους. ἄλλο. μίσυ, χαλκίτιν ἴσα μετ᾽ οἴνου ἐπίχριε. ἄλλο. ῥοδοδάφνης φύλλα ἑψήσας σὺν ἐλαίῳ, ἐπίβαλλε κηροῦ οὐγ. γ΄. καὶ θείου ἀπύρου οὐγ. α΄. καὶ κατάχριε ἐν ἡλίῳ. ἄλλο. κηροῦ οὐγ. β΄. ῥοδίνου, λιθαργύ-

Ad scabiem uerò peculiariter facit herba pedicularis tenella, cardamomum cum aceto, lilij radix cum melle illita, sulfur, caprillũ stercus cum aceto. Aliud. Misy et chalcitis pari modo cum uino illinũtur. Aliud. Rhododaphnæ folia in oleo coquito, & adiungito ceræ uncias tres, sulfuris ignem non experti unciam, & ad solem inungito. Aliud. Ceræ unciæ duæ, rosacei, argenti spu-

mæ

ρου. οὐγγ. γ΄. ψιμυθίου οὐγγ. γ΄. ὑδροπίσσης οὐγγ. ς΄. σηρικοῦ οὐγγ. β΄. ὄξους τὸ ἀρκοῦν.

ΠΕΡΙ ΛΕΙΧΗΝΩΝ. Κεφ. σλε΄.

Γίνεται ὁ λειχὴν ἐπὶ λεπτῷ καὶ δριμέῳ, καὶ σεσηπότι χυμῷ, ταχέως εἰς ψώραν, καὶ λέπραν μεθιστάμενος. ἐπὶ τούτων δεῖ μετὰ τὴν τοῦ ὅλου σώματος κένωσιν χρῆσθαι ἐλλεβόρῳ, ἐχίνῳ τῷ ἐπὶ τῶν πετρῶν, πίσσῃ μιγνυμένῃ κηρωτῇ, καὶ ῥητίνῃ ἐπιχρίειν. τοὺς δὲ τῶν παιδίων λειχῆνας, σιέλῳ ἀνθρώπου συνεχῶς ἀπότριβε, ἢ κοκκυμηλαίας τὸ κόμμι σὺν ὄξει χριόμενον. ἢ ἄγνου φύλλα τρίψας σὺν ὄξει κατάπλασσε, ἢ καππάρεως φύλλα. ἄλλο. θεῖον, μέλι, λίβανον ἢ ἀμ

mæ unciæ tres, ceruſſæ tantundem, picis liquidę unciæ ſex, ſerici unciæ duæ, aceti quantum ſatis eſt.

DE IMPETIGINIbus. Cap. CCXXXV.

Impetigo originem trahit ex humore tenui, acri, & putrefacto, & celerrimè in ſcabiem & lepram degenerat. In his itaque poſt vniuerſi corporis euacuationē ueratro vtendum, erinaceo item ſaxatili, & pice cerato miſta, & reſinæ inungēdi. Puerorum uerò impetigines ſaliua hominis continuò defricato, uel pruni gummi cū aceto illinito. Vel uiticis folia ex aceto trita obducito, uel capparis folia. Aliud. Sulfur, mel, thus, uel ammoniacum ex aceto inungito. Glutinis fabrilis drachmę quatuor, thuris drachmæ

μωνιακὸν σὺν ὄξει κατά χρίε. κόλλης τεκτονικῆς δραχ. δ'. λιβανου δραχ. β'. ὄξει διαλύων ἄλειφε. ἄλλο. χαλκίτεως, κόμμεως ἀνὰ δραχ. η'. θείου ἀπύρου, μίσυος ἀνὰ ∠. ϛ'. λεπίδος χαλκοῦ, ἀκακίας ἀνὰ δραχμ. β'. σὺν ὄξει λειώσας, χρῶ. ἄλλο. θείου ἀπύρου, νίτρου ἀφροῦ ἀνὰ δραχ. δ'. κάγχρυος δραχμ. α'. λείου μετ' ὄξους, καὶ ἄλειφε ἕως ξηρανθῇ.

ΠΕΡΙ ΚΝΗΣΜΟΥ.
Κεφ. σλϛ'.

Κνησμὸν τὸν μὲν ἐν τῇ γεροντικῇ ἡλικίᾳ συμβαίνοντα οὐκ ἂν ἰάσοιτό τις τελείως, μετρίως δὲ τοῖς ὑπογεγραμμένοις. τὸν δὲ διὰ κακοχυμίαν, προκενώσαντες τὸν λυποῦντα χυμὸν, ἀπὸ φλεβοτομίας ἀρξάμενοι, καὶ καθαρ-

duæ, aceto solutę illinuntur. Aliud. Chalcitidis, gummi singulorũ drachmæ octo, sulfuris ignem non experti, misyos singulorum drachmæ sex, squamæ æris, acaciæ singulorum drachmæ duæ, aceto tritæ in usum adhibentur. Aliud. Sulfuris ignem non experti, spumę nitri singulorũ drachmæ quatuor, canchryos drachma. Singula ex aceto trita, & tamdiu illita, dum arefiant.

DE PRVRITV.
Cap. CCXXXVI.

Pruritum qui in senili ætate accidit, non perfectè curauerit aliquis, leniuerit tamen aliqua ex parte ijs quæ infrà scribentur. In eo uerò qui ex humoribus uitiosis oritur, molestante succo prius euacuato, & à uenę sectione exorsi, & purgatione,

σεως, ἐπὶ τὴν ἔξωθεν τραπῶμεν ἐπιμέλειαν. λουτρῷ μὲν χρηστέον, ἀλειφέσθω δὲ τήλεως ἀφεψήματι, ἢ σεύτλου, ἢ πιτύρων. σὺν τούτοις δὲ ἀλεύρῳ κυαμίνῳ, ἢ θερμίνῳ, ἢ δαφνίνῳ, ἢ καππάρεως. προσβάλλειν δὲ τούτοις ξηρὸν νίτρον. ἄλλο. νίτρου ἀφροῦ δραχ. α΄. λιβανου, θείου ἀπύρου ἀνὰ οὐγ. δ΄. κιμωλίας οὐγ. β΄. ἄλλο. ἀφονίτρου, θείου, ἀλκυονίου κεκαυμένου ἴσον, ξηροῖς, ἢ μετά τινος τῶν εἰρημένων ἀφεψημάτων χρῶ. ἄλλο. σταφίδος ἀγρίας, θείου, λιθαργύρου ἴσα σὺν ὀξελαίῳ χρῶ. ἄλλο. λαπάθου ῥίζα λεία σὺν ὄξει καὶ κριθίνῳ, χρῶ.

tione, ad curam quæ extrinsecus perficitur, nos conuertemus. Lauacro itaq; utendum, & fœnugræci decocto, uel betæ, uel furfurum illinendi. Adhæc etiam farina fabacea, lupinorum, uel laurino, uel cappari. Adijcere porrò nitrum quoque aridum oportet. Aliud. Nitri spumæ drachma, thuris, sulfuris, ignem nō experti singulorū unciæ quatuor, terræ cimoliæ unciæ duę. Aliud. Spumę nitri, sulfuris ignem non experti, alcyonij usti singulorum par pōdus, hæc uel arida, uel cum aliquo ex dictis decoctis permixta applicantur. Aliud. Herbæ pedicularíæ, sulfuris ignem non experti, argenti spumæ, singulorum par modus cum aceto & oleo in usum adhibetur. Aliud. Radice rumicis cum aceto trita & farina hordeacea utitor.

ΠΕΡΙ ΛΕΥΚΗΣ.

Κεφ. σλζ.

Λεύκη ἐστὶ μεταβολὴ τοῦ χρώματος ἐπὶ τὸ λευκότερον, ὑπὸ γλίσχρου καὶ γλοιώδους γινομένη φλέγματος. Διάγνωσις δὲ αὐτῆς. Βελόνῃ κατακέντησον ἐξ ἐπιπολῆς τὴν λεύκην. καὶ εἰ μὲν αἷμα ῥυῇ, θεραπευτή ἐστιν. εἰ δὲ γαλακτώδης ὑγρότης, ἀθεράπευτος. χρηστέον τοίνυν ταῖς ὑποτεταγμένοις βοηθήμασι. κάχρυος, θείου ἀπύρου, ἐλλεβόρου, κηκίδος, ἴσα ἕκαστον κόψας. ἄλλο. συκῆς μελαίνης τὰ ἀκραίμονα βρέξας ἐν ὄξει, καὶ λειοτριβήσας μῖξον ἀφρονίτρου, θείου, μυρίκης καρποῦ ἴσα, καὶ προεκνιτρώσας, κατάχριε. ἄλλο. συκῆς ὀπῷ προσφάτῳ προαπονιτρώσας, κατάχριε.

DE LEVCE.

Cap. CCXXXVII.

Leuce mutatio est coloris ad albidius, ex pituita uiscida et glutinosa ortum ducens. Agnitio itaque eius hæc est. Acu leucen per summa pungito. Si sanguis exit remedio locus est. Si humor lac repræsentans, sanari nõ potest. In ijs igitur his quæ sequuntur auxilijs est utendum. Seminis rorismarini, sulphuris, ignem non experti, ueratri, gallæ. Singula paribus portionibus contunduntur. Aliud. Fici nigræ surculis aceto maceratis, contritisq; miscetur nitri spumæ, sulfuris, ignem non experti, myricæ fructus, par singulorum modus, ubi nitro cutem defricaueris, perungito. Aliud. Fici liquore recenti, prius absterso loco, inungito.

ΠΕΡΙ ΑΛΦΩΝ ΛΕΥ- κῶν τε, καὶ μελαίνων.

Κεφ. σλη'.

Τῶν ἀλφῶν ἡ γένεσις ὁμοειδής ἐστιν ταῖς λεύκαις. ἀλλ' ἐκεῖνα μὲν ἄχρι βάθους τὸν χρῶτα τρέπουσιν, ὡς καὶ τὰς τρίχας λευκαίνειν. οἱ δὲ ἀλφοὶ ἐπιπολῆς τοῦ δέρματος εἰσί. γίνονται δὲ ἐκ μὲν τοῦ φλεγματικοῦ χυμοῦ οἱ λευκοὶ, οἱ μέλανες δὲ ἀπὸ τοῦ μελαγχολικοῦ. ποιεῖ ἐπ' αὐτοῖς δρακοντίου ῥίζα σὺν ὄξει καταπλασσομένη, ἢ ἐλλέβορος ἑκάτερος, ἢ ἄλευρον θέρμων καταπλασσόμενον σὺν ὀξυμέλιτι, ἢ κρόμμυον σὺν ὄξει χριόμενον ἐν ἡλίῳ. ἄλλο. ἀλκυονίου, νίτρου ἀνὰ οὐγ. β'. ἐλλεβόρου, θείου ἀπύρου ἀνὰ οὐγ. α'. ὄξους τὸ ἀρκοῦν. ἄλλο. ὀροβίνου ἀλεύ-

DE ALPHO ALBO & nigro.

Cap. CCXXXVIII.

Alphorum origo eadem est specie cum leucis. Illi enim altius colorem mutant, ita ut pilos quoq; albos efficiant. Alphi autem in summa cute apparent. Albi uerò ex humore pituitoso, nigri ex atra bile uitioso fiunt. Huc ergò facit dracunculi radix cum aceto applicata, uel utrunque ueratrum, uel lupinorum farina cum aceto mulso inducta, uel cepa cum aceto ad solem illita. Aliud. Alcyonij, nitri singulorū unciæ duæ, ueratri, sulfuris ignem nō experti, singulæ unciæ, aceti quantū satis est. Aliud. Erui farinæ libra, erucæ seminis, amygdalarum amararū, cucumeris, syluestris radicis, singulorum libræ semissis, uino mulso detri-

ρου. λι. α΄. ῥιζώμου σπέρματος, ἀμυγδάλων πικρῶν, σικύου ἀγρίου ῥίζης ἀνὰ λι. ς΄΄, οἰνομέλιτι λεάνας ἐπίχριε. ἄλλο πρὸς λεύκας. χαλκάνθου, ἰοῦ ἴσα, νίτρου τὸ διπλοῦν, σμῆχε. ἄλλο. κάγχρυος, θείου ἀπύρου, ἀδράκης, ἴσα λεάνας μετ᾽ ὄξους, χρίε.

ta illinuntur. Aliud ad alphos albos. Atramēti ſutorij, æruginis æqualis modꝰ, nitri duplicatꝰ, infricatur. Aliud. Seminis roriſmarini, ſulfuris ignē nō experti, adarcæ, ſingulorum par modus, trita ex aceto inunguntur.

ΠΡΟΣ ΤΑ ΠΥΡΙΚΑΥΣΤΑ.

Κεφ. σλθ΄.

Κιμωλία καταχριομένη μετ᾽ ὄξους, ἢ ᾠὸν ὅλον ὠμὸν παραχρῆμα ἐπιτιθέμενον. ἢ μέλανι γραφικῷ χρίε, ἢ φακῷ ἑφθῷ λείῳ κατάπλασσε. πρὸς δὲ τὰ ἀφ᾽ ὕδατος θερμοῦ κατακαύματα ἐλαιῶν ἁλμάδων ὕδωρ συνεχῶς κατλάντειε. καὶ αὐτὰς τὰς ἐλαίας μετὰ κριθίνου κατάπλασσε. ἄλλο. κριθῶν κεκαυμένων δραχμ.

AD AMBVSTA.

Cap. CCXXXIX.

Creta cimolia cum aceto illita, uel ouum integrum crudum protinus impoſitum, uel atramentum ſcriptorium eodem modo applicatū, uel lenticula cocta et trita inducta. Ad eas uerò quæ ex aqua calente aduſtiones fiunt oliuarum ſalſarum aquam cōtinuò ſuper affundito. Vel oliuas ipſas cum polenta ſuperimponito. Aliud. Panniculorū hordei combuſtorum

drachmæ

η'. ψιμυθίου δραχ. δ'. βουτύρου δραχμ. η'. κηροῦ δραχ. ιβ'. στέατος αἰγείου, καὶ ῥοδίνου τὸ ἀρκοῦν.

drachmæ octo, cerusæ drachmę quatuor, butyri drachmæ octo, cerę unciæ duodecim, adipis caprilli, et rosacei quantum satis est.

ΠΕΡΙ ΦΛΕΓΜΟΝΗΣ.

Κεφ. σμ'.

Φλεγμονή ἐστιν ὄγκος σκληρὸς, ἐρυθρὸς μετ' ὀδύνης. γίνεται δὲ ἐξ αἵματος. τοῦ μὲν οὖν ὅλου σώματος ἐπιπέμποντος τῷ μέρει, δεῖ αὐτὸ διὰ φλεβοτομίας κενοῦν. αὐτὸ δὲ φλεγμαῖνον μορίον ἐμβρέχειν τὲ, καὶ καταπλάττειν τοῖς ἀπωθεῖσθαι μὲν τὸ ἐπιῤῥέον δυναμένοις, τὸ δ' ἤδη περιεχόμενον ἐν τῷ πεπονθότι μέρου κενοῦν. καταπλάττειν οὖν τὸ ἀείζωον, καὶ λέμματα ῥοιᾶς, καὶ κριθίνην, καὶ ὄξους κατάπλασμα, ἢ ἀδραφάξεως, καὶ μαλά-

DE INFLAMMAtione.

Cap. CCXL.

Inflammatio tumor est durus, rubeus cum dolore. Fit autem ex sanguine. Quem ubi totum corpus ad partem transmittit, eum uenæ incisione vacuare oportet. Inflammatam verò partem perfundere, & medicamentis obducere, quæ sanguinem affluentem non tantum, sed eum quoq; qui iam in parte laborante cōtinetur, euacuare queant. Cataplasmate igitur vtendum ex semperuiuo, & mali punici corticibus, farina hordeacea. Præterea ex aceto, atriplice, malua cum polen-

χης σὺν ἀλφίτῳ, ἢ θρίδακας, καὶ κολοκύνθης ξύσματα σὺν ἀλφίτῳ. ἢ τρίβολον πρὸς τὰς ἐκ ῥεύματος φλεγμονὰς, κράμβην δὲ πρὸς τὰς σκληρυνομένας. ἔμπλαστρα δὲ, τό, τε ψιττάκιον, καὶ τὸ διὰ χυλῶν, ἔσχατον δὲ καὶ τὸ δι᾽ ἁλῶν.

ta, lactuca, cucurbitæ ſylueſtris ramentis eodem modo applicato. Vel tribulis ad inflammationes è fluxione ortas, quemadmodū braſsica ad dureſcentes. Emplaſtra autem conueniunt pſytacium, & quod è ſuccis conſtat, & quod è ſalibus cōficitur.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΚΤΟΣ τοῦ σώματος ἀποστημάτων. Κεφ. σμα´.

DE EXTERIORIbus corporis abſceſsibus. Cap. CCXLI.

Ἀπόστημά ἐστιν, ὅταν ἡ φλεγμονὴ εἰς ἔμπυον μεταβληθῇ, ὀδύνην τε σφοδρὰν ἔχει, καὶ σφυγματώδη. καὶ δεῖ καταπλάττειν ἄρτον, ἑψήσας ὑδρελαίῳ, ἢ κρίθινον ἄλευρον, καὶ λινόσπερμον, καὶ τῆλιν. καταντλείσθω δὲ τὸ μόριον ἀλθαίας ῥίζης ἀφεψήματι. ἐὰν ᾖ δυσεκπύντος ὁ ὄγκος, ἢ δυσδιαφόρητος ᾖ, ἰσχάδας

Abſceſſus eſt, cum inflammatio in pus uertitur, cum dolore uehemēti, & pulſatili. His igitur panem hydrelæo incoctum obducere oportet, uel hordaceam farinam, uel lini ſemen, uel fœnugræcum. Particula autē altheę radicis decocto fouenda. Si uerò tumor difficulter ad maturitatem perduci uelle uidebitur, uel ægrè poſſe diſcuti, fi-

cus

— Aqua. [illegible]

ἑψῶν σὺν ὕδατι, καὶ εἰς τὸ ἀφέψημα ἐμβάλλων κρίθινον ἄλευρον, καὶ ἅλας, καταπλάττε. ἢ συκίου ἀγρίου ῥίζαν, ἢ ἀλθαίας, ἢ βρυωνίας, ἢ δρακοντίου ῥίζαν, σὺν κριθίνῳ ἀλεύρῳ, καὶ ἰσχάδων ἀφεψήματι κατάπλασσε. ἐπισπαστικὸν δέ. ναρκίσσου ῥίζαν λεῖαν σὺν αἰρίνῳ ἀλεύρῳ καὶ μελικράτῳ κατάπλασσε. ἢ καλάμου ἁπαλὴν ῥίζαν λεῖαν μετὰ μέλιτος. ἄλλο ἐπισπαστικόν. κηροῦ, κολοφωνίας, βουτύρου ἀνὰ λι. α΄. πίσσης ξηρᾶς, μέλιτος ἀνὰ οὐγ. ϛ΄. τερεβινθίνης οὐγ. ϛ″. ἰοῦ οὐγ. γ΄. ἰξοῦ τὸ ἀρκοῦν. ἄλλο ἐπισπαστικόν. ἀμμωνιακοῦ οὐγ. ϛ″. κηροῦ, τερεβινθίνης ἀνὰ οὐγ. δ΄. θείου ἀπύρου, νίτρου ἀνὰ οὐγ. γ΄.

cus siccas in aqua decoquito, & farinam hordeaceam inijcito, & sales, & ad cataplasmatis modũ inducito, uel cucumeris syluestris radicem, uel altheæ, uel uitis albæ, uel dracunculi, cum farina hordeacea, & ficuum aridarum decocto eodẽ modo applicato. Medicamentum ex alto trahens. Narcissi radicem tritam cũ farina loliacea & mulso inducito, uel calami radicem teneram tritam cũ melle. Aliud ex alto trahens. Ceræ, colophoniæ, butyri singulæ libræ, picis aridæ, mellis singulorum unciæ sex, terebinthinæ semissis unciæ, æruginis unciæ tres, uisci quantum satis est. Aliud ex alto trahens. Ammoniaci unciæ semissis, ceræ, terebinthinę, singulorum unciæ quatuor, sulfuris ignem non experti, nitri singulorum vnciæ tres.

ΠΕΡΙ ΓΑΓΓΡΑΙΝΗΣ, καὶ σφακέλου.

Κεφ. σμβ'.

Μὴ διαφορηθείσης δὲ, μηδὲ εἰς πύον μεταβαλλούσης τῆς φλεγμονῆς, πολλάκις εἰς γάγγραιναν καὶ σφάκελον μεταπίπτει. γαγγραίνας μὲν ὀνομάζομεν τὰς διὰ μέγεθος φλεγμονῆς νεκρώσεις τῶν μορίων. τελέως δὲ νεκρωθὲν οὐ γάγγραιναν, ἀλλὰ σφάκελον ὀνομάζουσι. τὴν μὲν γάγγραιναν θεραπεύειν δεῖ, κενοῦντες ὅσον πλεῖστον τὸ πάσχον μόριον αἵματος. καὶ εἰ μὲν φλὲψ ἐστὶν ἐκεῖσε παρακειμένη, αὐτὴν τμητέον. εἰ δὲ μὴ ὅλον τὸ δέρμα διαιροῦντες πολλαῖς καὶ βαθείαις ἀμυχαῖς, ἐάσομεν ἀπορρυῆναι τὸ αἷμα. εἶθ' οὕτως καταπλάττειν δι' ὀξυμέλιτος, ὀροβίνου ἀλεύρου, ἢ αἰρί=

DE GANGRAENA & sphacelo.

Cap. CCXLII.

Cum inflammatio neque discutitur, neque in pus mutatur, sæpè in gangrænam & sideratione͂, quam Græci σφάκελον appellant, degenerat. Gangrænas autem uocamus, cum partes ob inflammationis ueheme͂tiam emoriu͂tur ueluti. Cum enim in totum sensu & motu priuantur, non gangrænam, sed sphacelu͂ appellant. Gangrænam itaque curare oportet, et sanguinem ex parte vitiata affatim emittere. Et si uena ibi adiacet, ea secanda: sin minus, tota cutis multis altisque plagis diuidenda erit, & ut sanguis effluat, permittendu͂. Cataplasma deinde induce͂dum, ex aceto mulso, farina hordei, uel lolij, uel fabarum cum salis mo=mento.

νου, ἢ κυαμίνου μετὰ βραχέος ἁλός. ὠφελεῖ δὲ καὶ θέρμων πικρῶν ἀφέψημα προσαντλούμενον. μετὰ δὲ τὴν ἀπόπτωσιν τῆς ἐσχάρας, τό, τε τετραφάρμακον, καὶ τὸ κεφαλικὸν ξηρίον μετὰ μέλιτος.

mento. Lupinorum quoque amarorum decoctū superaffusum prodest. Cum uerò crusta deciderit, tetrapharmacum, & puluis cephalicus cum melle.

ΠΡΟΣ ΓΑΓΓΡΑΙΝΑΣ. Κεφ. σμγʹ.

DE GANGRAENA. Cap. CCXLIII.

Ἰοῦ ξυστοῦ, μίλτου, στυπτηρίας ἴσα ὕδατι λεάνας, χρίε. ἢ αἴρινον ἄλευρον μετὰ ῥεφῶν καὶ ἁλῶν σὺν ὄξει.

Aeruginis rasilis, minij, aluminis partes ęquales tritę inunguntur. Vel lolij farina cum raphano & sale, & cum aceto.

ΓΕΡΙ ΕΡΠΗΤΟΣ, ΚΑΙ ὀφίτου. Κεφ. σμδʹ.

DE HERPETE. Cap. CCXLIIII.

Χολῆς ξανθῆς καὶ ἀμιγοῦς ἑτέρου χυμοῦ ἀποκριθείσης κατά τι μόριον ἱσταμένης, τὸ πάθος ἕρπης ὀνομάζεται. εἰ μὲν παχεῖα τὴν σύστασιν εἴη καὶ δριμεῖα, μέχρι βάθους ἑλκοῖ τῆς σαρκὸς τὸ δέρμα, καὶ

Bile flaua & syncera, & nullo humore permixta in partem aliquam decumbēte, affectus herpes appellatur. Quæ si substantia crassa sit, acriórque, cutem ad carnem usque subiectam exulcerat, uocaturq; herpes exedens.

καλεῖται ἕρπης ἐσθιόμενος. εἰ δὲ λεπτὴ, καὶ ἧττον δριμεῖα καὶ θερμὴ, φλυκταίνας μικρὰς ἐξ ἐπιπολῆς τοῦ δέρματος ἐγείρει, καὶ καλεῖται κεγχρίας. κενώσομεν οὖν τὸ σῶμα πᾶν διὰ χολαγωγοῦ φαρμάκου. τοῖς δὲ πεπονθόσι τόποις προσάγομεν κατ' ἀρχὰς ἕλικας ἀμπέλου, βάτου, καὶ ἀρνογλώσσου καταπλάσσοντες, ἢ στρύχνον. ἢ κιμωλίαν σὺν στρύχνου χυλῷ. ἢ λιθάργυρον, καὶ σεύτλου χυλὸν κατάχριε. ἢ σκωρίαν μολίβδου ἐν οἴνῳ αὐστηρῷ λειώσας, κατάχριε. ἄλλο. ἐρίου ἀπλύτου κεκαυμένου δραχ. ιβ΄. κηροῦ δραχμ. κ΄. σκωρίας μολίβδου δραχ. η΄. στέατος αἰγείου, καὶ ῥοδίνου τὸ ἀρκοῦν. ἐπίπασσε δὲ καὶ κέρας ἐλάφου κεκαυμένον, ἢ κέγχρον πεφρυγμένον προσβρέξας οἴνῳ.

dens. Si uerò tenuis, & minus acris, calidaq; puſtulas exiguas per ſummam cutem excitat, & miliaris dicitur. Vniuerſum itaq; corpus euacuabimus medicamento bilem ducente. Particulis uerò uitiatis inter initia applicabimus capreolos uitis, rubi, & plantaginis ad cataplaſmatis modũ, uel ſolanum, uel terram cimoliam cum ſolani ſucco. Vel argenti ſpumam, & betæ ſuccum illinito. Aliud. Lanæ ueteris illotæ combuſtæ drachmæ duodecim, cerę drachmę uiginti, recrementi plumbi drachmæ octo, adipis caprilli, & roſacei quantum ſatis eſt. Cornu item ceruinum combuſtũ, uel milium frixum, uino tamen prius maceratum, inſpergito.

ΠΕΡΙ ΕΡΥΣΙΠΕΛΑΤΟΣ, ἢ πυρώματος.

Κεφ. σμέ.

Ἐρυσίπελάς ἐστι μετ' ὀδύνης ὄγκος ἀπὸ ξανθοτέρης χολῆς. γίνεται δὲ ἐπὶ αἵματι ξανθοχολικωτέρῳ. τούτους φλεβοτομεῖν δεῖ ἐξ ἀρχῆς, καὶ καθάρσει χρηστέον διὰ χολαγωγοῦ φαρμάκου. καταχρίειν δὲ τὸ ἐρυσίπελας ψύχουσι βοηθήμασι, οἷον ἐστι, ἀείζωον, ἀνδράχνη, ψύλλιον, ὅ, τε ἀπὸ τῶν τελμάτων φακὸς, καὶ σέρις, καὶ κολοκύνθη, στρύχνος, καὶ ὑοσκύαμος. ταῦτα ἢ καθ' αὐτὰ, ἢ σὺν ἄρτῳ, καὶ ᾠοῖς καταπλασσόμενα. μίγνυται δὲ καὶ ὀπίου, καὶ κωνείου τι, καὶ μανδραγόρου, καὶ γίνονται σύνθετα φάρμακα. καὶ κηρωτῇ χρηστέον διὰ κηροῦ λευκοῦ, καὶ ῥο-

DE ERYSIPELATE.

Cap. CCXLV.

Eryſipelas tumor eſt cum dolore à bile flaua. Fit itaque à ſanguine ad bilis naturam magis accedente. His itaque inter initia ſanguinem mittere oportet, & purgatione utendũ per medicamentum bili educendæ idoneum. Eryſipelas uerò ipſum perungere medicamentis refrigerantibus, quale eſt ſemperuiuum, portulaca, pſyllium, lenticula, paluſtris, ſeris, colocynthis, ſolanum, altercum. Hæc uel per ſe, uel cum pane, uel ouis ad cataplaſmatis modũ adhibentur. Cum quibus pauxillum quoq; cicutę, & mandragoræ miſceri poteſt. Et ita compoſita efficiuntur medicamenta. Cerato denique è cera alba utendũ, & roſaceo,

δίνου, καὶ χυλοῦ τινὸς τῶν εἰρημένων, καὶ ὄξους ἐν θυΐᾳ λειομένου. καταχρίειν δὲ τὸ αὐτὸ μέρος καὶ ψιμυθίῳ, ἢ κιμωλίᾳ μετὰ στρύχνου χυλῶ, ἢ λιθαργύρῳ μετὰ ῥοδίνου, ἢ χαλκίτιδι μετὰ γλυκέος καὶ ἐλαίου, ἢ ἀκακίᾳ μετ' ὄξους.

ΠΕΡΙ ΦΥΜΑΤΟΣ, ΚΑΙ βουβῶνος.

Κεφ. σμϛ'.

Κατὰ μὲν τὸν Γαληνὸν ὁ βουβὼν καὶ τὸ φῦμα, καὶ τὸ φύγεθλον, ἀδένων εἰσὶ παθήματα. βουβὼν μὲν ἡ φλεγμονὴ, φῦμα δὲ ἡ πρὸς ἐκπύησιν ἐπειγομένη φλεγμονή. φύγεθλον δὲ τὸ φλεγμονῶδες, ἐρυσιπελατώδης φλεγμονὴ τοῦ ἀδένος. γίνονται δὲ κατά τε τοὺς μηροὺς, καὶ τὰς μασχάλας. τούτους δεῖ φλεβο-

& ſuccorum aliquo, quorum ſupra facta eſt mentio, ex aceto in pila tritis. Particula uero ipſa perungēda ceruſa, uel cimolia terra cum ſolani ſucco, uel argēti ſpuma cum roſaceo, uel chalcitide cū ſapa & oleo, uel acacia cum aceto.

DE PHYMATE, ET *bubone.*

Cap. CCXLVI.

Galeno autore bubo, phyma, & phygethlum glandularum uitia ſunt. Bubo inflammatio, phyma quæ ad ſuppurationem ſpectat. Phygethlū uero eryſipelacea, glandulæ inflãmatio dicitur. Fiunt autem & ſub humeris, & ſub alis. His uenam ſecare oportet, & ſpongias ex poſca applicare, uel lanam mollem ex uino & roſaceo, uel melino & mirtheo oleo,

&

τομεῖν, καὶ σπόγγους ἐπιτιθέναι δι' ὀξυκράτου, ἢ ἔριον δι' οἴνου καὶ ῥοδίνου, ἢ μηλίνου, ἢ μυρσίνου ἐλαίου. καὶ τοῖς ψύχουσι καταπλάσμασιν, οἷα εἰσὶ τὰ προειρημένα. κἄπειτα τοῖς διαφοροῦσι χρηστέον. ἰδίως δὲ ποιεῖ καταπλασσόμενα, ἀδίαντον, ἀτράφαξυς, ἐλξίνη, ἀλθαίας ῥίζα, ἀμμωνιακὸν μετὰ μέλιτος μαλαχθέν, ἢ ἰὸς σὺν ῥιτίνῃ καὶ κηρωτῇ. ῥήσσει δὲ, πρόπολις, θέρμοι πικροὶ μετ' ὄξους καταπλασσόμενοι. νίτρον μετὰ ζύμης, ἢ σύκων, καὶ πίσσα.

& cataplaſmata refrigerantia, qualia ſunt quæ ſupra ſunt comprehenſa. Deinde per halitum quoque digerentibus utendum. Priuatim uero huc faciunt, ad cataplaſmatis modum inducta, capillus Veneris, atriplex, parietaria, altheæ radix, ammoniacum melle emollitum, aut ærugo cum reſina & roſaceo. Rumpunt uero, propolis, lupini amari cum aceto inducti, nitrum cum fermento, uel ficubus & pice.

ΠΕΡΙ ΔΟΘΙΗΝΩΝ.
Κεφ. σμζ'.

Δοθιήν ἐστι ὄγκος ἀποστηματώδης, ἀπὸ αἵματος παχυτέρου γενόμενος. τούτους διαφοροῦσι πυροὶ μασσώμενοι, καὶ ἐ-

DE FVRVNCVLIS.
Cap. CCXLVII.

Furunculus tumor eſt abſceſſum repræſentans, et fit ex ſanguine craſsiore. Hos diſcutit triticum manſum & impoſitum, uel maſtiche Aegyptia,

πιτιθέμενοι, ἢ μαστίχη αἰγυπτία, ἢ σταφὶς ἐκγιγαρτισμένη σὺν ἁλσὶ τριβεῖσα, καὶ ἐπιτιθεῖσα. ἄλλο. ἰσχάδας σὺν τῇ ῥητίνῃ ἐπιτίθει, ἢ ζύμην μετὰ νίτρου, ἢ λινόσπερμον μετὰ μέλιτος. πυρία δὲ διὰ σπόγγου, καὶ ὕδατος θερμοῦ.

uel vuę passæ quibus acini sint exempti cum sale tritæ, & admotæ. Aliud. Caricas cum resina imponito, uel fermentum cum nitro, uel lini semen cum melle. Fotus verò ex spongia, & aqua calida conueniunt.

ΠΕΡΙ ΑΝΘΡΑΚΩΝ.

Κεφ. σμη΄.

Ἄνθραξ ἐστὶν ὅταν αἷμα μέλαν καὶ θερμὸν ἐπιῤῥεύσῃ κατά τι μόριον, καὶ ἐσχαρῶδες ἕλκος ἀποτελέσῃ. τὰ πολλὰ μὲν ἀπὸ φλυκταίνης ἀρχόμενος, ἐνίοτε δὲ καὶ χωρὶς ταύτης, καὶ ποτὲ μὲν τεφρώδους τῆς ἐσχάρας γινομένης, ποτὲ δὲ μελαίνης. τούτους ἀπὸ φλεβοτομίας ἀρχόμεθα κενοῦν μέχρι λειποθυμίας. καταπλάσσομεν δὲ τὸ ἕλκος

DE CARBVNCVLIS.

Cap. CCXLVIII.

Carbunculus est cum sanguis ater & calidus in aliquam particulam influit, & vlcus crustosum efficit, vt plurimum à pustula exigua incipit, quãdoq; verò absque hac, & crusta modò cinereo colore, modò atro est. Hos venæ sectione euacuare incipiemus, idque ad animæ vsq; defectionem. Vlceri verò inducemus plantaginem, & lenticulam coctam, & panem, et perungemus dracunculi radice,

τοῦ τε δι' ἀρνογλώσσου, καὶ φακῆς ἑφθῆς, καὶ ἄρτου. καταχρίειν δὲ ῥίζαν δρακοντίου, ἢ ἀριστολοχίας, ἢ κρίνου ῥίζαν σὺν μέλιτι, ἢ σταφίδα, ἢ κυπαρίσσου φύλλα, καὶ βλαστοὶ, καὶ τὰ ἁπλὰ σφαίρια σὺν κριθίνῳ ἀλεύρῳ, καὶ ὑδρομέλιτι. καὶ ἰσχάδες ἑφθαὶ ἐν οἴνῳ, ἢ ὑγρόπισσον, καὶ σταφίδα σὺν ὑείῳ στέατι. ἄλλο. λιθαργύρου λι. α΄. ἐλαίου παλαιοῦ λι. ας″. ἀρσενικοῦ οὐγ. α΄. ταῦτα συνεψήσας χρῶ. ποιεῖ δὲ καὶ ἡ τετραφάρμακος.

radice, vel ariſtolochia, vel lilij radice cum melle, vel vua, vel cupreſsi folia, & germina, & molles globuli cum farina hordeacea, & aqua mulſa. Ficus item aridæ vino incoctę, vel pix liquida, vel vua cum ſuillo adipe. Aliud. Argenti ſpumæ libra, olei veteris libra & ſemiſsis, auri pigmēti vncia. His ſimul coctis vtitor. Huc etiam tetrapharmacum facit.

ΠΕΡΙ ΚΑΡΚΙΝΟΥ.

Κεφ. σμθ΄.

Καρκῖνος ἐκ μελαίνης χολῆς ζεούσης συνίσταται. καὶ εἰ δριμυτέρα τύχοι μεθ' ἑλκώσεως ἀποτελεῖται. γίνεται δὲ καὶ ἐν ὀφθαλμοῖς, καὶ ἐν ὑστέραις, καὶ ἐν ἄλλοις πλείοσι

DE CANCRO.

Cap. CCXLIX.

Cancri origo ex flaua bile feruida eſt. Quæ ſi acrior extiterit, cum exulceratione finitur. Fit in oculis, vtero, & pluribus alijs partibus. Sed præcipuè mulierum mammis, quòd raræ ſint, & prom-

μορίοις. καὶ ἐν τοῖς μαζοῖς μάλιστα τῶν γυναικῶν, διὰ τὸ χαύνους ὄντας, καὶ ἑτοίμως ὑποδέχεσθαι τὴν παχυτάτην ὕλην. εἰσὶ γὰρ μελαίντεροι τῇ χροιᾷ τῶν φλεγμονῶν, καὶ αἱ φλέβες πληροῦνται πέριξ, παραπλησίως τοῖς καρκίνου ζώου ποσὶν, ἔνθεν καὶ τοὔνομα τετύχηκε. τινὲς δὲ φασὶ καὶ διὰ τὸ δυσαπολύτως ἔχεσθαι τῶν μορίων, ὧν ἂν λάβηται καθάπερ ὁ καρκῖνος τὸ ζῶον. ἔστι γὰρ τῶν ἀνιάτων. τούτους θεραπευτέον, πρῶτον μὲν διὰ φλεβοτομίας, ἔπειτα διὰ καθάρσεως. πρῶτον μὲν διὰ τοῦ ἐπιθύμου ὅσον δραχ. γ΄. ἐν ὀῤῥογάλακτι, ἢ μελικράτῳ διδομένου. ὕστερον δὲ διὰ τῆς ἱερᾶς. ἐπὶ δὲ τοῦ πεπονθότος τόπου στρύχνου χυλὸν ὀθονίῳ βρέξας ἐπιτίθει, καὶ ὅσα

ptè etiam crafsifsimam materiam fufcipiant. Colore funt nigriori quã inflammationes, & uenæ in circuitu turgent. Et cãcri fluuiatilis pedes repræfentant, unde & nomẽ fortitꝰ eft. Vel quòd, ut aliqui affirmant, difficulter ab his partibus quas compræhenderit auellatur, quemadmodũ cancer animans. Eft autem ex corũ numero affectuum, qui curationem non recipiunt. Hos primum fanguinis mifsione, deinde purgatione quoque curare oportet. Epithimo primùm ad drachmæ pondus in fero lactis, uel mulfa exhibito. Nouifsimè uerò hiera quoque. Loco uerò affecto folani fuccum in linteolo maceratum imponito, & quæcunq; fupra de cancro uteri funt compræhenfa. Sigillum lemniũ ex pofca, uel mulfa

tritum

ἐπὶ τοῦ καρκίνου τοῦ κατὰ τὴν ὑστέραν προεγράφησαν. λημνίαν σφραγίδα δι᾽ ὀξυκράτου, ἢ μελικράτου λειώσας εἰς μολυβδαίνην θυίαν ὡς μελανθῆναι, ἢ ῥόδινον, ἢ ὀμφάκινον ἔλαιον, ἢ ἀειζώου χυλὸν, ἢ θριδακίνης, ἢ ψυλλίου κατάχριε. ἄλλο. καρκίνου ποταμίου κεκαυμένου, καδμίας ἴσα ἐπίπασσε λεῖα, ἢ ἐρυσίμου σπέρμα σὺν μέλιτι.

tritum in pila plumbea dum nigrescat, vel rosaceum, vel oleum ex vuis acerbis, vel semperuiui succum, vel lactucæ, vel psyllij illinito. Aliud. Cancri fluuiatilis vsti, cadmiæ singulorũ pares portiones tritas, vel erysimi semen cum melle inspergito.

ΠΕΡΙ ΟΙΔΗΜΑΤΟΣ. Κεφ. σν'.

Οἴδημά ἐστιν ὄγκος ἀνώδυνος χαῦνος καὶ κοιλαινόμενον τῇ πήξει τοῦ δακτύλου. γίνεται δὲ ἀπὸ φλέγματος. θεραπεύεται δέ. σπόγγος κενὸς ἐν ὀξυκράτῳ βρεχεὶς, καὶ ἐπιτιθέμενος, μετὰ ἐπιδέσεως ἠρέμα σφιγγούσης. καταστέλλει δὲ τοὺς ὄγκους ἡ γῆ κεραμικὴ, ἢ κιμωλία, μετὰ κράμβης χυ-

DE OEDEMATE. Cap. CCL.

Oedema tumor est indolens, laxus, qui post digiti applicationem cauitatem relinquit. Fit ex pituita, & hunc in modum curatur. Spongia recens in posca imbuta, cum ligamẽto leuiter stringente imponitur. Tumores etiam reprimit et discutit terra fictilis, & cimolia, cum brassicæ succo, vel hedera cum aqua mari-

λοδ, ἢ θάλασσαν, μετὰ κισσοῦ ἕψησις, καὶ ἴσατις ἥμερος.

na cocta, & iſatis domeſtica.

ΠΕΡΙ ΕΜΦΥΣΗΜΑΤΟΣ. Κεφ. σνα'.

Τὸ ἐμφύσημα πνεῦμα ἐστὶ φυσῶδες, ποτὲ μὲν ἐπὶ τῷ δέρματι, ποτὲ δὲ ὑπὸ τοῖς περιοστέοις ὑμέσιν, ἢ τοῖς τοὺς μῦς περιέχουσιν ἀθροιζόμενον, ποτὲ δὲ κατὰ τὴν γαστέρα, καὶ τοῦ περιτοναίου μεταξύ. καὶ ποιεῖ τοὺς τυμπανίας ὑδέρους. ὁ δὲ σκοπὸς τῆς θεραπείας, ἀραίωσις μὲν τῶν σωμάτων, λέπτυνσις δὲ τοῦ παχέος πνεύματός ἐστι. ἐπὶ μὲν τὴν γαστέρα, καὶ τὸ σπλάγχνον ἔλαιον, ἐν ᾧ ἕψηται κύμινον, ἢ πήγανον, ἢ σελινόσπερμα, ἐργάζεται τοῦτο. ποτὲ δὲ καὶ σικύα μεγάλη μετὰ φλογὸς περὶ τὸν ὀμφαλόν. τοῖς δ' ἄλ-

DE INFLATIONE. Cap. CCLI.

Inflatio ſpiritus eſt flatulentus, qui modò ſub cute, modò ſub membranis quæ oſsibus circundantur interdum muſculis, colligitur. Quandoq; in ventre, & membrana, quæ omento iungitur, & περιτόναιος à Græcis nominatur. Et eam hydropis ſpeciem quæ tympanites dicitur efficit. Scopus verò curationis in hoc conſiſtit, vt corpora rareſiant, & ſpiritus craſſus extenuetur. In ventre igitur & viſcere oleum in quo cyminum, ruta, vel apij ſemen bullierit, hoc præſtat. Cucurbita item magna cum flamma vmbilico defixa, alijs verò corporibus idem oleum

calidum

